Oculi ejus super gentes respiciunt. Ut reprobentur Judaei, et eligantur gentiles; ut illud: Qui finxit oculum, non considerat (Psal. XCIII). Contemplatione sancta inspicit populos crediturus: nam nullis penitus distinguitur membris. Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. Judaei scilicet, dum per fellis amaritudinem in Abrahae nativitate carnali, Dei gloriam collocant, semper humiliantur. Interjectio diapsalmatis ordinem dictorum immutat, ut a prophetica vaticinatione, ad apostolicam transeat exhortationem.

Benedicite, gentes, Dominum Deum nostrum, et auditam facite vocem laudis ejus. Apostoli haec praedicant, ut ipsum benedicant gentes Deum: quem iidem apostoli dicunt suum, obaudiantque ipsum in quem sunt renati per baptismum. Hinc iterum propheta loquitur.

Qui posuit animam meam ad vitam: Ne eam perpetua consumeret mors. Mors occidit mortem, id est, mors Christi occidit mortem nostram. Et non dedit in commotionem pedes meos. Sed stabilivit me in praedicationibus quas gentibus intuli. Hinc succedit vox martyrum.

Quoniam reprobasti nos, Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum, et induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. Id est, diabolum, ut super nos erigeretur, ad probandum. Vel aliter: Non dixit de angelis, neque de sanctis, sed de peccatoribus, id est, peccatores fecisti esse super nos, ut nos sustineamus per patientiam. Ut illud: Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei (Act. XIV).

Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium. Martyrum hic ostendit victorias, quas in diversis passionibus meruerunt, et ad unum eos ducit refrigerium, id est, Christum Dominum: per laqueos, per cruces, per verbera, per ignes, aestusque et alia diversa supplicia, per quae et holocaustum acceptum effecti sunt, pervenisse. Ignis vorat, aqua absorbet. Ignis, tentatio: aqua, prosperitas. Vel ignem Spiritus sancti. Induxisti nos in refrigerium, hoc est, in beatitudinem aeternam.

Por lo cual se dijo: "Calzad vuestros pies en la preparación del Evangelio de la paz" (Ef. 6). "Allí nos alegraremos en lo mismo: quien domina en su virtud por los siglos". En lo mismo, esto es, en Cristo: porque el que aquí fue humillado, él mismo domina en la eternidad. Pues así como la dominación de su virtud no se cierra con ningún fin: así nuestra alegría, por la cual seremos hechos conformes a él, permanecerá perpetuamente.

"Sus ojos miran sobre las gentes". Para que sean reprobados los judíos y sean elegidos los gentiles; como aquello: "El que formó el ojo, ¿no considera?" (Sal. 93). Con contemplación santa inspecciona a los pueblos que han de creer: pues no se distingue por ningún miembro en absoluto. "Los que provocan, no se exalten en sí mismos". Los judíos, por cierto, mientras por la amargura de la hiel en el nacimiento carnal de Abraham colocan la gloria de Dios, siempre son humillados. La interjección del diapsalma cambia el orden de lo dicho, para que de la vaticinación profética pase a la exhortación apostólica.

"Bendecid, gentes, al Señor Dios nuestro, y haced oída la voz de su alabanza". Los apóstoles predican estas cosas, para que las mismas gentes bendigan a Dios: a quien los mismos apóstoles llaman suyo, y obedezcan a aquel en quien han renacido por el bautismo. De aquí habla otra vez el profeta.

"Quien puso mi alma para la vida". Para que no la consumiera la muerte perpetua. La muerte mató a la muerte, esto es, la muerte de Cristo mató a nuestra muerte. "Y no dio mis pies a la conmoción". Sino que me estableció en las predicaciones que llevé a las gentes. De aquí sucede la voz de los mártires.

"Porque nos reprobaste, Dios: con fuego nos examinaste, como es examinada la plata, y nos introdujiste en el lazo, pusiste tribulaciones en nuestro dorso: impusiste hombres sobre nuestras cabezas". Esto es, al diablo, para que se erigiera sobre nosotros, para probarnos. O de otro modo: No dijo de los ángeles, ni de los santos, sino de los pecadores, esto es, hiciste que los pecadores estuvieran sobre nosotros, para que los sostengamos por la paciencia. Como aquello: "Por muchas tribulaciones nos conviene entrar en el reino de Dios" (Hch. 14).

"Pasamos por el fuego y el agua: y nos sacaste al refrigerio". Aquí muestra las victorias de los mártires, que merecieron en diversas pasiones, y a un solo refrigerio los guía, esto es, a Cristo el Señor: habiendo llegado a través de lazos, de cruces, de azotes, de fuegos y calores y otros diversos suplicios, por los cuales también fueron hechos un holocausto acepto. El fuego devora, el agua absorbe. Fuego, la tentación: agua, la prosperidad. O el fuego del Espíritu Santo. "Nos introdujiste en el refrigerio", esto es, en la bienaventuranza eterna.

Introibo in domum tuam in holocaustis. Hic propheta non de se tantum loquitur, sed et de his quos superius memoravit, qui introierunt in domum Dei: ut non solum se exhiberent Deo hostiam vivam, sed et illos qui eorum exemplo pro nomine Domini passi sunt: Ut reddam tibi vota mea: quae distinxerunt labia mea. Quae vota distinxerunt, nisi ut alios sibi in martyrium copularent? Vel promissum, ut Deum laudemus, et confiteamur illum creatorem. Locutum est os meum in tribulatione mea. Locuti sunt enim, ut numquam eos separaret a charitate Christi ulla persecutio.

Holocausta medullata offeram tibi. Fidem animae, vel corporis affectum, vel corpus Christi. Ossa inferiora carni: et medulla, inferior ossibus. Medullata, hoc est, viscerata cum corpore et anima. Cum incenso. Cum acceptabili orationis odore. Et arietes. Apostoli, vel doctores Ecclesiarum.

Offeram tibi boves. Qui, rejecta contumacia legis, jugo Domini cervices suas, quod suave est, subdiderunt. Cum hircis. Qui post peccatum conversi, fideliter in martyrio perstiterunt. Hic autem omnes Domino per holocaustum pacificum offeruntur: ad quos nunc propheta post diapsalma convertit sermonem, dicens:

Venite, et audite, et narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animae meae. Ad ipsum ore meo clamavi, et exsultavi sub lingua mea. Vos qui Dominum metuitis, accedite et considerate qualiter animam meam in beatitudinem constituerit sempiternam: pro eo quod non solum ore postulo, sed etiam in arcanis cordis puri clamavi ad Dominum. Ad ipsum ore meo clamavi: manifestissime declaratur in hoc loco clamorem in Scripturis non vocis accipiendum esse, sed cordis.

Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet Dominus. Propterea exaudivit me Deus meus: et intendit voci orationis meae. Vidi enim puritatem mentis meae, ideo petere praesumpsi.

Benedictus Dominus, qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me. Plenus misericordia non amovit deprecationem meam a se: quia quae justa erant, postulabam. Nam semper piae aures ejus justorum precibus patent. Sed nos suppliciter Dominum deprecemur, ut aperiat aures suas ad preces nostras, et ipse nos, data peccatorum remissione, de praesentibus aerumnis eripiat: sibique holocaustum purum effectos, mactatis vitiis, sanctorum agminibus jungat. Amen.

PSALMUS LXVI.

In finem, in Hymnis, Psalmus Cantici David. Iste psalmus licet parvus sit, tamen apostolorum prophetarumque continet vocem, qui aut venisse, aut venturum Dominum gentibus nuntiaverunt.

"Entraré en tu casa con holocaustos". Aquí el profeta no habla solo de sí, sino también de aquellos que mencionó arriba, que entraron en la casa de Dios: para que no solo se exhibieran a sí mismos como hostia viva a Dios, sino también a aquellos que por su ejemplo padecieron por el nombre del Señor. "Para que te pague mis votos: que distinguieron mis labios". ¿Qué votos distinguieron, sino que se asociaran otros a sí mismos en el martirio? O la promesa, para que alabemos a Dios y lo confesemos como creador. "Habló mi boca en mi tribulación". Pues hablaron para que nunca los separara de la caridad de Cristo ninguna persecución.

"Holocaustos medulosos te ofreceré". La fe del alma, o el afecto del cuerpo, o el cuerpo de Cristo. Los huesos están por debajo de la carne: y la médula, por debajo de los huesos. "Medulosos", esto es, eviscerados con cuerpo y alma. "Con incienso". Con el aceptable olor de la oración. "Y carneros". Apóstoles, o doctores de las Iglesias.

"Te ofreceré bueyes". Aquellos que, rechazada la contumacia de la ley, sometieron sus cervices al yugo del Señor, que es suave. "Con machos cabríos". Los que, convertidos después del pecado, persistieron fielmente en el martirio. Aquí, sin embargo, todos son ofrecidos al Señor por medio de un holocausto pacífico: a los cuales ahora el profeta, tras el diapsalma, convierte su discurso, diciendo:

"Venid y oíd, y narraré, todos los que teméis a Dios, cuántas cosas ha hecho a mi alma". "A él con mi boca clamé, y me regocijé bajo mi lengua". Vosotros que teméis al Señor, acercaos y considerad de qué manera ha constituido mi alma en la bienaventuranza eterna: por aquello que no solo pido con la boca, sino que también clamé al Señor en los arcanos de un corazón puro. "A él con mi boca clamé": se declara clarísimamente en este lugar que el clamor en las Escrituras no debe tomarse como de la voz, sino del corazón.

"Si miré iniquidad en mi corazón: no escuchará el Señor". "Por eso me escuchó mi Dios: y atendió a la voz de mi oración". Pues vi la pureza de mi mente, por eso presumí pedir.

"Bendito el Señor, que no apartó mi oración, ni su misericordia de mí". Lleno de misericordia, no apartó mi deprecación de sí: porque pedía las cosas que eran justas. Pues siempre sus oídos piadosos están patentes a los ruegos de los justos. Pero nosotros suplicantes roguemos al Señor, para que abra sus oídos a nuestras oraciones, y que él mismo, dada la remisión de los pecados, nos arranque de las presentes angustias: y a nosotros, hechos holocausto puro, inmolados los vicios, nos una a los escuadrones de los santos. Amén.

SALMO 66.

"Al fin, en Himnos, Salmo de Cántico de David". Este salmo, aunque sea pequeño, sin embargo contiene la voz de los apóstoles y de los profetas, que anunciaron que el Señor o había venido, o había de venir a las gentes.

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis. Prima deprecatio est ut misericordiam praebeat Deus: deinde benedictionem. Benedictio ergo quae succedit misericordiae, talis sit, ut compressa dominatione carnali, spiritum faciat triumphare. Non nostri judex sit, sed misericors. Deus misereatur nostri. Vox apostolorum est, loquentium ad plebem de gentibus congregatam. Credidistis quidem ad vocem nostram. Ecce haec Ecclesia congregata est in nomine Domini: propterea nos dicimus: Deus misereatur nostri, et benedicat nobis. Maledictionem primam in homine sua benedictione dissolvat. Illuminet vultum suum super nos. Non illum tristem videamus in peccatis nostris, sed gaudentem in virtutibus. Non eum sentiamus judicem, sed Patrem. Illuminet vultum suum super nos. Dei facies quae est? Utique imago ejus. Dicit enim et Apostolus, imaginem Patris esse Filium (Rom. II). Ergo imagine sua nos illuminet, hoc est, imaginem suam Filium: illuminet super nos, ut ipse nos illuminet. Lux enim Patris, lux Filii est, Qui videt Patrem, videt et Filium. Ubi nulla est distantia inter gloriam et gloriam, uterque est gloria. Precantur haec apostoli et prophetae, ut vultu Dei illuminati, fiat praedicatio eorum lumen omnium gentium.

Ut cognoscamus in terra viam tuam, et in omnibus gentibus salutare tuum. Sic enim invalescat praedicatio nostra, ut via sive salutare tuum, id est, Christus Dominum in his qui nunc terrena sapiunt, et in gentilitatis versantur errore, cernantur. Ut cognoscamus in terra viam tuam. Hoc autem petimus, ut illumines vultum tuum: hoc est, imaginem tuam super nos, quae apud te semper abscondita fuit, et quasi in secreto, et tenebris erat mysteriorum tuorum: secundum illud quod scriptum est: posuit tenebras latibulum suum (Psal. XVII). Hoc petimus, ut illumines super nos, ut mysterium quod a generationibus absconditum fuit, juxta Apostolum, reveletur in nobis (I Cor. II). Hoc autem totum quare poscimus, quare desideramus? Nisi illuminaveris imaginem tuam super nos, viam tuam, et scientiam tuam nosse non possumus, ut majestatem tuam quae in coelis nota est, notam habeamus et in terra. Ut cognoscamus in terra viam tuam. Ego sum, inquit, via, vita et veritas (Joan. XIV). Ut cognoscamus in terra viam tuam. In terra cognoscamus: Fiat voluntas tua sicut in coelo et in terra (Matt. VI), ut quem angeli adorant in coelis, homines quoque adorent in terra. Sed dicet aliquis: quia nota erat via Dei: Notus enim in Judaea Deus: in Israel magnum nomen ejus. Notus erat Deus, sed Dei via non erat nota in Judaea. Quoniam ergo via Dei Patris non erat nota in Judaeis, propterea nunc dicit: In omnibus gentibus salutare tuum. Non in uno populo, sed in cunctis gentibus. In omnibus gentibus salutare tuum. Ubi nos habemus in Latino, salutare; in Hebraeo, Jesus dicitur.

"Dios tenga misericordia de nosotros y nos bendiga". La primera deprecación es para que Dios brinde misericordia: después la bendición. La bendición, pues, que sucede a la misericordia, sea tal que, reprimida la dominación carnal, haga triunfar al espíritu. No sea nuestro juez, sino misericordioso. "Dios tenga misericordia de nosotros". Es voz de los apóstoles, que hablan a la plebe congregada de las gentes. Creísteis ciertamente a nuestra voz. He aquí que esta Iglesia está congregada en el nombre del Señor: por eso decimos: "Dios tenga misericordia de nosotros y nos bendiga". Disuelva con su bendición la primera maldición en el hombre. "Ilumine su rostro sobre nosotros". No lo veamos triste en nuestros pecados, sino gozoso en las virtudes. No lo sintamos como juez, sino como Padre. "Ilumine su rostro sobre nosotros". ¿Cuál es la faz de Dios? Ciertamente su imagen. Pues dice también el Apóstol que el Hijo es la imagen del Padre (Rom. 8). Por lo tanto, ilumínenos con su imagen, esto es, con su Hijo: "ilumine sobre nosotros", para que él mismo nos ilumine. Pues la luz del Padre es la luz del Hijo; el que ve al Padre, ve también al Hijo. Donde no hay ninguna distancia entre gloria y gloria, ambos son gloria. Ruegan esto los apóstoles y profetas, para que iluminados por el rostro de Dios, se haga la predicación de ellos luz de todas las gentes.

"Para que conozcamos en la tierra tu camino, y en todas las gentes tu salvación". Pues así prevalezca nuestra predicación, que tu camino o tu salvación, esto es, Cristo el Señor, sea discernido en estos que ahora saborean las cosas terrenas y se encuentran en el error de la gentilidad. "Para que conozcamos en la tierra tu camino". Esto pedimos, que ilumines tu rostro: esto es, tu imagen sobre nosotros, la cual siempre estuvo escondida junto a ti, y estaba como en secreto y en las tinieblas de tus misterios: según aquello que está escrito: "Puso las tinieblas como su escondite" (Sal. 17). Esto pedimos, que ilumines sobre nosotros, para que el misterio que estuvo escondido de las generaciones, según el Apóstol, sea revelado en nosotros (1 Cor. 2). Pero ¿por qué pedimos todo esto, por qué lo deseamos? Si no iluminas tu imagen sobre nosotros, no podemos conocer tu camino y tu ciencia, para que tengamos tu majestad, que es conocida en los cielos, conocida también en la tierra. "Para que conozcamos en la tierra tu camino". "Yo soy", dice, "el camino, la vida y la verdad" (Jn. 14). "Para que conozcamos en la tierra tu camino". En la tierra conozcamos: "Hágase tu voluntad así en el cielo como en la tierra" (Mt. 6), para que a quien los ángeles adoran en los cielos, los hombres también lo adoren en la tierra. Pero dirá alguien: porque era conocido el camino de Dios: "Pues conocido es Dios en Judea: en Israel es grande su nombre". Conocido era Dios, pero el camino de Dios no era conocido en Judea. Puesto que, pues, el camino de Dios Padre no era conocido entre los judíos, por eso ahora dice: "En todas las gentes tu salvación". No en un solo pueblo, sino en todas las gentes. "En todas las gentes tu salvación". Donde tenemos en el latín, "salutare"; en el hebreo se dice "Jesús".

Denique et angelus hoc loquitur: Et vocabis nomen ejus Jesum (Luc. II). Hic enim salvabit populum suum. In omnibus gentibus salutare tuum. Ecce completum est, quod apostoli deprecati sunt: In omnibus gentibus notum est salutare ejus. Quocumque humanus sermo esse potest, ibi Jesus resonat.

Confiteantur tibi populi, Deus: confiteantur tibi populi omnes. Confiteantur tibi populi, Judaeorum? Non: sed, populi omnes confiteantur. Quomodo omnes gentes, sic et omnes populi. Confiteantur tibi populi, Deus. Quid confiteantur? Utique peccata sua: vel certe confiteantur imaginem tuam esse in te. In Filio te confiteantur, in illo te videant: in illo te adorent.

Laetentur et exsultent gentes. Quoniam de captivitate diaboli liberatae sunt: quoniam quae ante incurvabantur ad adoranda idola, ligna et lapides, nunc erecto vultu coelos respiciunt. Quoniam judicas populos in aequitate. Ubicumque aequitas est atque judicium, ibi non laetitia, sed formido est peccatorum. Et quomodo dixit: Deus misereatur nostri, et benedicat nos, et nunc dixit: Laetentur et exsultent gentes: quoniam judicas populos in aequitate? Videtur sibi esse contrarius. Si enim misericordia indigent, quomodo laetantur et exsultant: quoniam judicas populos in aequitate? Ubicumque enim misericordia est, ibi non est judicium; ubi autem judicium est et aequitas judicii, ibi procul est misericordia. Sed iste sensus est: Laetentur et exsultent gentes. Quare, laetentur? Quoniam judicas populos in aequitate: quoniam nequaquam accipis personam unius gentis, sed omnium Deus es. Non tibi soli Judaei placent, sed omnis mundus tuus est. Dicat aliquis: Vim facis Scripturae, non hoc sensu dixit. Interpretatur seipsa Scriptura, quae loquitur: Quoniam judicas populos in aequitate. Quos populos? Et gentes in terra dirigis. Gentes quae ante non recto pede gradiebantur, fecisti eas ut ambularent in viam tuam. Ut cognosceremus in terra viam tuam, ut ambularemus in via, non in inviis, et per unam viam veniremus ad te, de quo nascitur via. Non enim imus ad Patrem, nisi per Filium. Dicat aliquis: Arianorum dogma est. Ergo per Filium venitur ad Patrem. Ego hoc dico, quoniam per imaginem imus ad faciem; et in lumine videmus lumen, in Filio videmus Patrem. Mysterium et dispensatio est quae loquitur. Caeterum si quis putat esse blasphemum, quoniam viam diximus esse Filium, et per viam imus quasi ad Deum, videamus haec ipsa via quid dicat: Nemo venit ad me, nisi Pater meus adduxerit eum ad me (Joan. VI). Quomodo ergo Filius ducit ad Patrem, sic et Pater ducit ad Filium. Haec humana verba sunt. Caeterum et Filius ducit ad Patrem, et Pater ducit ad Filium, et una natura, et una substantia est.

Finalmente, también el ángel habla esto: "Y llamarás su nombre Jesús" (Lc. 2). Pues él salvará a su pueblo. "En todas las gentes tu salvación". He aquí cumplido lo que los apóstoles deprecaron: en todas las gentes es conocida su salvación. Dondequiera que pueda haber palabra humana, allí resuena Jesús.

"Confiesen a ti los pueblos, Dios: confiesen a ti todos los pueblos". ¿Confiesen a ti los pueblos, de los judíos? No: sino, "todos los pueblos confiesen". Como todas las gentes, así también todos los pueblos. "Confiesen a ti los pueblos, Dios". ¿Qué confiesen? Ciertamente sus pecados: o ciertamente confiesen que tu imagen está en ti. En el Hijo te confiesen, en él te vean: en él te adoren.

"Alégrense y exulten las gentes". Porque han sido libradas de la cautividad del diablo: porque las que antes se encorvaban para adorar ídolos, maderos y piedras, ahora con el rostro erguido miran a los cielos. "Porque juzgas a los pueblos en la equidad". Dondequiera que hay equidad y juicio, allí no hay alegría, sino temor de los pecadores. ¿Y cómo dijo: "Dios tenga misericordia de nosotros, y nos bendiga", y ahora dijo: "Alégrense y exulten las gentes: porque juzgas a los pueblos en la equidad"? Parece ser contrario a sí mismo. Pues si necesitan misericordia, ¿cómo se alegran y exultan: "porque juzgas a los pueblos en la equidad"? Pues dondequiera que hay misericordia, allí no hay juicio; donde en cambio hay juicio y equidad de juicio, allí lejos está la misericordia. Pero este es el sentido: "Alégrense y exulten las gentes". ¿Por qué, alégrense? "Porque juzgas a los pueblos en la equidad": porque de ninguna manera aceptas la persona de una sola nación, sino que eres Dios de todos. No solo te complacen los judíos, sino que todo el mundo es tuyo. Diga alguien: Haces violencia a la Escritura, no lo dijo en este sentido. Se interpreta a sí misma la Escritura, que habla: "Porque juzgas a los pueblos en la equidad". ¿A qué pueblos? "Y diriges a las gentes en la tierra". A las gentes que antes no caminaban con pie recto, las hiciste para que caminaran en tu camino. Para que conociéramos en la tierra tu camino, para que camináramos en la vía, no en los lugares intransitables, y por una sola vía viniéramos a ti, de quien nace la vía. Pues no vamos al Padre, sino por el Hijo. Diga alguien: Es dogma de los arrianos. Por lo tanto, por el Hijo se viene al Padre. Yo digo esto, porque por la imagen vamos al rostro; y en la luz vemos la luz, en el Hijo vemos al Padre. Es misterio y dispensación lo que habla. Por lo demás, si alguien piensa que es blasfemo, porque dijimos que el Hijo es el camino, y por el camino vamos como a Dios, veamos qué dice este mismo camino: "Nadie viene a mí, a no ser que mi Padre lo haya atraído a mí" (Jn. 6). Por lo tanto, así como el Hijo conduce al Padre, así también el Padre conduce al Hijo. Estas son palabras humanas. Por lo demás, tanto el Hijo conduce al Padre, como el Padre conduce al Hijo, y es una sola naturaleza y una sola sustancia.

Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes. Jam supra dixerat, et in isto parvulo psalmo, hos duos versiculos iterum repetit. Dixerat enim supra: Confiteantur tibi populi, Deus: confiteantur tibi populi omnes: Laetentur et exsultent gentes, et caetera: et nunc rursus repetit hos versiculos, quasi apostoli praecinant cunctis gentibus. Saepe expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Israel (Psal. CXXVIII). Saepe expugnaverunt me a juventute mea. Videte quomodo illi praecinunt, et omnium gentium turba respondet. Sic et nunc dicentibus illis in principio: Confiteantur tibi populi omnes, et praecipientibus apostolis, et dicentibus: Confiteantur tibi populi, Deus: Confiteantur tibi populi omnes, quoniam illos vident reticescere, propterea idipsum iterant, et dicunt: Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes. Semel diximus, non audistis; iterum dicimus, ut canatis. Hoc autem totum quare diximus, et semel et secundo, ut confiteantur populi Deo? Quare hoc dicimus? quare hoc praecipimus? Quoniam judicas populos in aequitate. Judaeos, qui prae nimietate malitiae, populi accipiuntur, juxta illud: Populi meditati sunt inania (Psal. II). Et gentes in terra dirigis. Diriget eas in via vitae, data peccatorum remissione. Cum dicitur, omnes, non solum pro gentium populo, sed etiam pro Judaeorum orat, ut et ipsi conversi, confiteantur Christum Filium Dei. Terra dedit fructum suum. Terra, sancta Maria, de nostra terra, de nostro semine, de hoc luto, de hoc limo, de Adam. Terra es, et in terram ibis (Gen. III). Terra, ista, dedit fructum suum. Quod perdidit in paradiso, invenit in filio. Terra dedit fructum suum. Primum dedit florem. Dicit et in Cantico canticorum: Ego flos campi, et lilium convallium (Cant. II). Iste igitur flos fructus factus est, ut nos illum comederemus, ut nos manducaremus carnes ejus. Vultis scire quis sit iste fructus? Virgo de virgine: Dominus de ancilla: Deus ex homine, filius ex matre, fructus ex terra. Videte quid dicat ipse fructus: Nisi granum frumenti ceciderit in terram, et mortuum fuerit, non potest facere fructus multos (Joan. XII). Terra dedit fructum suum: dedit granum frumenti. Quod granum frumenti cecidit in terram, et mortuum est, et ideo multos fructus affert. Multiplicatum est in spica: quod unum ceciderat, in multis resurrexit. Cecidit enim granum tritici in terram, et seges copiosa surrexit. Terra dedit fructum suum. Propterea, confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes. Terra dedit fructum suum. Quis est iste fructus?

"Confiesen a ti los pueblos, Dios, confiesen a ti todos los pueblos". Ya lo había dicho arriba, y en este pequeño salmo, repite estos dos versículos otra vez. Pues había dicho arriba: "Confiesen a ti los pueblos, Dios: confiesen a ti todos los pueblos: alégrense y exulten las gentes", y lo demás: y ahora de nuevo repite estos versículos, como si los apóstoles cantaran delante de todas las gentes. "Muchas veces me han combatido desde mi juventud, diga ahora Israel" (Sal. 128). "Muchas veces me han combatido desde mi juventud". Ved cómo ellos cantan delante, y la multitud de todas las gentes responde. Así también ahora, diciendo ellos al principio: "Confiesen a ti todos los pueblos", y mandando los apóstoles y diciendo: "Confiesen a ti los pueblos, Dios: confiesen a ti todos los pueblos", puesto que los ven callar, por eso mismo lo reiteran y dicen: "Confiesen a ti los pueblos, Dios, confiesen a ti todos los pueblos". Lo dijimos una vez, no oísteis; lo decimos otra vez, para que cantéis. Pero ¿por qué dijimos todo esto, una y dos veces, para que los pueblos confiesen a Dios? ¿Por qué decimos esto? ¿por qué mandamos esto? "Porque juzgas a los pueblos en la equidad". A los judíos, que por el exceso de malicia, se toman como "pueblos", según aquello: "Los pueblos meditaron cosas vanas" (Sal. 2). "Y diriges a las gentes en la tierra". Las dirigirá en el camino de la vida, dada la remisión de los pecados. Cuando se dice "todos", no solo ruega por el pueblo de las gentes, sino también por el de los judíos, para que también ellos convertidos, confiesen a Cristo Hijo de Dios. "La tierra dio su fruto". La tierra, santa María, de nuestra tierra, de nuestra semilla, de este lodo, de este limo, de Adán. "Tierra eres, y a la tierra irás" (Gén. 3). Esta tierra dio su fruto. Lo que perdió en el paraíso, lo encontró en el hijo. "La tierra dio su fruto". Primero dio la flor. Dice también en el Cántico de los Cantares: "Yo soy la flor del campo y el lirio de los valles" (Cant. 2). Esta flor, pues, se hizo fruto, para que nosotros lo comiéramos, para que nosotros comiéramos sus carnes. ¿Queréis saber quién es este fruto? Virgen de virgen: el Señor de la esclava: Dios del hombre, hijo de la madre, fruto de la tierra. Ved qué dice el mismo fruto: "A no ser que el grano de trigo, cayendo en la tierra, muera, no puede producir muchos frutos" (Jn. 12). "La tierra dio su fruto": dio el grano de trigo. El cual grano de trigo cayó en la tierra, y murió, y por eso produce muchos frutos. Se multiplicó en la espiga: lo que había caído como uno solo, resucitó en muchos. Pues cayó el grano de trigo en la tierra, y surgió una cosecha copiosa. "La tierra dio su fruto". Por eso, "confiesen a ti los pueblos, Dios, confiesen a ti todos los pueblos". "La tierra dio su fruto". ¿Quién es este fruto?

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus. Deus, Pater: Deus noster, Filius. Ipse enim Deus noster. Et vocabis, inquit, nomen ejus Emmanuel, id est, nobiscum Deus. Deus noster benedicat nos. Deus Spiritus sanctus. Videte mysterium Trinitatis in uno versiculo comprehensum. Terra dedit fructum suum. In isto fructu, Trinitatis mysterium continetur. Benedicat nos Deus Deus noster. Qui Deus est omnium per naturam, noster proprie factus est Deus. Benedicat nos Deus. Expellat veterem maledictionem. Maledictio nos ejecit de paradiso: reducat benedictio. Et metuant eum omnes fines terrae. Non dixit: Diligant eum omnes fines terrae. Perfecta quippe dilectio, foras mittit timorem. Timere incipientium est; diligere, perfectorum. Qui adhuc timet, in initio est positus, non habet perfectam et plenam fidem. Qui autem diligit Deum, omnia ei provenient in bonum. Videtur brevis, et simplex esse sententiola. Sed ventilemus eam, et in istis simplicibus verbis, ingentia mysteria reperiemus. Inveniemus intrinsecus, quod forinsecus latet. Diligentibus autem Dominum, omnia cooperantur in bonum. Job vir sanctus tentatus est, perdidit filios et filias, domus ipsius corruit, universa perdidit, omnia repente perdidit; nec pater, nec dominus; nihil enim illi remansit in corpore sanitatis, nisi sola lingua per quam blasphemare posset. Videte tentatorem diabolum. A planta, inquit, pedis usque ad verticem percussit eum vulnere pessimo, hoc est, elephantia (Job. I). Inde toto corpore vermes fluebant, et putredo. Solam linguam integram ei reservavit, ut posset Dominum suum blasphemare. In omnibus his non peccavit Job labiis suis. Videte magnitudinem tentationis, videte magnitudinem virtutis. Videte et considerate sententiam Apostoli esse completam: Diligentibus autem Dominum, omnia cooperantur in bonum (Rom. VIII). Eo tempore quo perdebat res suas, quo filios amittebat; videbantur quidem ei esse contraria quae accidissent; sed quoniam diligebat Dominum, illa mala quae ei infert, cooperantur illi bona. Illi vero vermes corporis praeparabant ei coeli coronam. Antequam tentaretur, Deus ei numquam locutus fuerat: postquam autem tentatus est, venit ad eum Deus, et familiariter loquitur, quasi amicus cum amico suo. Veniant plagae, omnia poenarum genera, dum post plagas, Christus adveniat. Egressi sumus de psalmo, sed non inutiliter, quia dixeramus: Et metuant eum omnes fines terrae, et dixeramus, quoniam metuere parvulorum est: caeterum diligere, perfectorum, et dixeramus ad hoc comprobandum de Apostolo: Diligentibus autem Dominum, omnia cooperantur in bonum. Et timeant eum omnes fines terrae. Nequaquam sola Judaea, sed omnes fines terrae.

"Bendíganos Dios Dios nuestro, bendíganos Dios". Dios, el Padre: Dios nuestro, el Hijo. Pues él mismo es nuestro Dios. "Y llamarás", dice, "su nombre Emmanuel, que es, con nosotros Dios". Dios nuestro nos bendiga. Dios el Espíritu Santo. Ved el misterio de la Trinidad comprendido en un solo versículo. "La tierra dio su fruto". En ese fruto, el misterio de la Trinidad se contiene. "Bendíganos Dios Dios nuestro". Quien es Dios de todos por naturaleza, se hizo propiamente Dios nuestro. "Bendíganos Dios". Expulse la vieja maldición. La maldición nos arrojó del paraíso: la bendición nos reconduzca. "Y témanle todos los fines de la tierra". No dijo: Ámenle todos los fines de la tierra. Pues la perfecta dilección, echa fuera el temor. Temer es de los que empiezan; amar, de los perfectos. El que todavía teme, está puesto en el inicio, no tiene una fe perfecta y plena. Quien en cambio ama a Dios, todas las cosas le resultarán en bien. Parece ser una sentenciuela breve y simple. Pero ventilémosla, y en esas simples palabras, hallaremos ingentes misterios. Hallaremos intrínsecamente lo que late extrínsecamente. "Para los que aman al Señor, todas las cosas cooperan para el bien". Job, varón santo, fue tentado, perdió hijos e hijas, su casa se derrumbó, perdió todo, todo lo perdió de repente; ni padre, ni señor; pues nada le quedó de salud en el cuerpo, sino solo la lengua por la cual pudiera blasfemar. Ved al tentador diablo. "Desde la planta", dice, "del pie hasta la coronilla lo hirió con una llaga pésima, esto es, elefantiasis" (Job 1). De ahí por todo el cuerpo fluían gusanos y podredumbre. Solo la lengua íntegra le reservó, para que pudiera blasfemar a su Señor. En todo esto no pecó Job con sus labios. Ved la magnitud de la tentación, ved la magnitud de la virtud. Ved y considerad que la sentencia del Apóstol está completa: "Para los que aman al Señor, todas las cosas cooperan para el bien" (Rom. 8). En aquel tiempo en que perdía sus cosas, en que perdía a sus hijos; le parecían ciertamente contrarias las cosas que habían sucedido; pero puesto que amaba al Señor, aquellos males que le infiere, le cooperan para bienes. Aquellos gusanos del cuerpo le preparaban la corona del cielo. Antes de que fuera tentado, Dios nunca le había hablado: después sin embargo de que fue tentado, vino a él Dios, y habla familiarmente, como un amigo con su amigo. Vengan las plagas, todos los géneros de penas, con tal que tras las plagas, venga Cristo. Salimos del salmo, pero no inútilmente, porque habíamos dicho: "Y témanle todos los fines de la tierra", y habíamos dicho, puesto que temer es de los párvulos: por lo demás amar, de los perfectos, y habíamos dicho para comprobar esto sobre el Apóstol: "Para los que aman al Señor, todas las cosas cooperan para el bien." "Y témanle todos los fines de la tierra". De ninguna manera sola Judea, sino todos los fines de la tierra.

Secundum tropologiam autem, omnes fines terrae: non medietas terrae: non illi qui in terra sunt media, sed qui in fine terrae sunt, qui relinquunt terram, et ad coelos ire festinant. Hoc igitur quod apostoli dixerunt in principio, nos dicamus in fine: Deus misereatur nostri et benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri; et notam faciet in terra viam suam. Cum manifestus in claritate venerit Christus, tunc omnibus notum faciet cur tanta carnis humilitate descenderit. Terra dedit fructum suum. Maria genuit Salvatorem.

PSALMUS LXVII.

In finem, Psalmus Cantici David. Psalmus, opera: Canticum, intelligentia mentis spiritualis. Sexagesimus septimus psalmus si intelligatur spiritualiter, refertus Legis Evangeliorumque reperitur sacramentis, qui sic inchoat ex voce prophetica:

Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus. Et specialiter intelligitur iste psalmus, et generaliter. Specialiter de ipso Domino, ut resurgat a mortuis, et disperdat inimico: suos, hoc est, diabolum et exercitum ejus, aut Judaeos. Generaliter autem, quando in tribulatione sumus et angustia, et dicimus: Exsurge, utquid dormitas, Domine? Exsurge et adjuva nos (Psal. 43). Quomodo et apostoli in navicula excitant Dominum dormientem, dicentes: Magister, salva nos: perimus (Matth. VIII). Et fugiant qui oderunt eum a facie ejus. Non dixit, pereant, sed, fugiant: qui peccatores in conspectu Dei non possunt stare. Praevidens propheta orat, ut eo exsurgente, diabolicae dominationes effugiant, quia et nunc indubitanter credendum est, quod ad invocationem ejus nominis stare non possunt.

Sicut deficit fumus, deficiant. Non ut in nihilum reducantur, sed ut quiescant a peccatis suis. Sicut fluit cera a facie ignis. Sicut cera solvitur, et non perdit naturam suam, sed mollescit: sic et isti non pereant, sed deponant malitiam suam, et sic convertantur ad poenitentiam, et salventur. Sic pereant peccatores a facie Dei. Quia peccatores non sunt digni videre Deum.

Et justi epulentur. Qui permanent in sua justitia, qui vitia non habent, delectentur in Domino. Vel aliter: poena eos judicii persequatur, ut quasi fumi tenuitas deficiant, et ut cera ante ignis faciem dissolvantur, epulantibus sanctis in coelestibus bonis. Exsultent in conspectu Dei, et delectentur in laetitia. Grandis fiducia est, exsultare in conspectu Domini. Sicut dispensator creditam sibi a Domino substantiam si male tractaverit et perdiderit, timet Domini praesentiam, ita et qui bene dispensaverit, exsultat in Domini praesentia.

Según la tropología en cambio, "todos los fines de la tierra": no la mitad de la tierra: no aquellos que están en la tierra media, sino los que están en el fin de la tierra, los que dejan la tierra y se apresuran a ir a los cielos. Esto, pues, que los apóstoles dijeron al principio, digámoslo nosotros al final: "Dios tenga misericordia de nosotros y nos bendiga; ilumine su rostro sobre nosotros, y tenga misericordia de nosotros"; y hará conocida en la tierra su vía. Cuando Cristo venga manifiesto en la claridad, entonces hará conocido a todos por qué descendió con tanta humildad de la carne. "La tierra dio su fruto". María engendró al Salvador.

SALMO 67.

"Al fin, Salmo de Cántico de David". Salmo, las obras: Cántico, la inteligencia de la mente espiritual. El salmo sexagésimo séptimo, si se entiende espiritualmente, se encuentra lleno de los sacramentos de la Ley y de los Evangelios, el cual así comienza desde la voz profética:

"Levántese Dios, y sean dispersados sus enemigos". Y este salmo se entiende tanto especial como generalmente. Especialmente del mismo Señor, para que resucite de entre los muertos y disperse a sus enemigos, esto es, al diablo y a su ejército, o a los judíos. Generalmente, en cambio, cuando estamos en tribulación y angustia, y decimos: "Levántate, ¿por qué duermes, Señor? Levántate y ayúdanos" (Sal. 43). Como también los apóstoles en la barca despiertan al Señor que dormía, diciendo: "Maestro, sálvanos: perecemos" (Mt. 8). "Y huyan de su presencia los que lo odian". No dijo "perezcan", sino "huyan": porque los pecadores no pueden estar en presencia de Dios. El profeta que prevé ora para que, al levantarse él, huyan las dominaciones diabólicas, porque también ahora debe creerse indudablemente que ante la invocación de su nombre no pueden permanecer.

"Como el humo se desvanece, desvanézcanse". No para que sean reducidos a la nada, sino para que descansen de sus pecados. "Como fluye la cera ante la faz del fuego". Como la cera se disuelve, y no pierde su naturaleza, sino que se ablanda: así también estos no perezcan, sino que depongan su malicia, y así se conviertan a la penitencia y se salven. "Así perezcan los pecadores ante la faz de Dios". Porque los pecadores no son dignos de ver a Dios.

"Y los justos banqueteen". Los que permanecen en su justicia, los que no tienen vicios, deléitense en el Señor. O de otro modo: persígalos la pena del juicio, para que como la tenuidad del humo se desvanezcan, y como la cera ante la faz del fuego se disuelvan, mientras los santos banquetean en los bienes celestiales. "Exulten en presencia de Dios, y deléitense en la alegría". Gran confianza es exultar en presencia del Señor. Así como el administrador teme la presencia del Señor si ha tratado mal y perdido la sustancia que el Señor le confió, así también quien la ha administrado bien exulta en la presencia del Señor.

Exsultent in conspectu Dei, et delectentur in laetitia: non solum de vindicta, sed etiam de beatitudine sempiterna.

Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus. Cantate, in theorica semper significat Scriptura: hoc est, considerare mysteria, et sensum divinae Scripturae. Psallere autem in bono opere significat Scriptura: verbi gratia, ut auditus suum opus praestet. Similiter et os, et oculi, et manus, et omnia membra, si consentiunt, et ita percutiunt psalterium in virtutibus. Largitori laetitiae sempiternae canite: eumque vocibus honorate. Iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen est illi. Docet ut compressis peccati tumoribus, planam ei in cordibus nostris viam per justitiam praeparemus: qui super occasum mortis ascendens, victor remeavit ex inferis. Si non nobis occidat sol iniquitatis, non potest nobis oriri sol justitiae, cujus sanitas in coelis est.

Exsultate in conspectu ejus. In ejus enim nos conspectibus gaudere oportet, et non in hujus saeculi illecebris delectari. Turbabuntur a facie ejus patres orphanorum, et judices viduarum. Illi qui se nunc tutores et judices dicunt, et hac occasione decipiunt res inopum; confundentur, cum respicere coeperit Altissimus.

Deus in loco sancto suo. In anima fideli. Semper Deus in sanctis suis habitat. Ubicumque sanctitas est, ibi habitaculum Dei est. Deus qui inhabitare facit unius moris in domo. In Ecclesia, in qua fideliter consistentibus spiritum charitatis infundit, qui unius moris sunt, et non mutantur. Siquidem justus non mutatur: quia semel judicavit in justitia permanere. Peccator autem mutatur. Insipiens enim sicut luna mutatur (Eccli. XXVII). In Hebraeo autem habet: Dominus inhabitare facit monachos in domo: id est, in quibus non cohabitat peccatum.

Qui educit vinctos in fortitudine. Ipse Deus sua virtute educit eos, qui ligati sunt a diabolo in peccatis: sicut illa mulier in Evangelio: quae ligata fuerat decem et octo annis a diabolo (Luc. XIII). Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris. Deus natura dulcis est. Qui autem ad amaritudinem eum adducunt, peccatores sunt, et faciunt sibi amarum Deum. Non naturam suam mutant, sed ipsi sibi peccatores faciunt amarum Deum. Qui habitant in sepulcris. Alligatum intra domum suam fortem, id est, diabolum, qui peccatis vincti tenebantur, absolvit, et illos qui idolis dediti, Deum irritaverant, et tamquam in sepulcris jacebant mortui, liberavit: sicut illud in Evangelio: Vae vobis, Scribae et Pharisaei: quoniam similes estis sepulcris dealbatis (Matth. XXIII). Sicut sanctus, templum Dei est, sic sepulcrum sibi efficitur peccator.

"Exulten en presencia de Dios, y deléitense en la alegría": no solo por la venganza, sino también por la beatitud sempiterna.

"Cantad a Dios, decid un salmo a su nombre". "Cantar", en la Escritura siempre significa la "teoría": esto es, considerar los misterios y el sentido de la divina Escritura. En cambio, "salmear" significa en la Escritura la buena obra: por ejemplo, que el oído preste su obra. Similarmente también la boca, y los ojos, y las manos, y todos los miembros, si consienten, y así golpean el salterio en las virtudes. Cantad al Dador de la alegría sempiterna: y honradlo con voces. "Haced camino al que asciende sobre el ocaso: el Señor es su nombre". Enseña que, comprimidos los tumores del pecado, preparemos para él por la justicia un camino llano en nuestros corazones: quien ascendiendo sobre el ocaso de la muerte, regresó victorioso de los infiernos. Si no se nos oculta el sol de la iniquidad, no puede surgir para nosotros el sol de la justicia, cuya salud está en los cielos.

"Exultad en su presencia". Pues en sus presencias nos conviene gozarnos, y no deleitarnos en los halagos de este siglo. "Se turbarán ante su faz los padres de los huérfanos y los jueces de las viudas". Aquellos que ahora se dicen tutores y jueces, y con esta ocasión engañan los bienes de los pobres, serán confundidos cuando el Altísimo comience a mirar.

"Dios en su lugar santo". En el alma fiel. Siempre Dios habita en sus santos. Dondequiera que está la santidad, allí está la morada de Dios. "Dios que hace habitar a los de una sola manera en la casa". En la Iglesia, en la cual infunde el espíritu de caridad a los que consisten fielmente, los cuales son de una sola manera y no cambian. Pues el justo no cambia: porque una vez juzgó permanecer en la justicia. El pecador, en cambio, cambia. Pues el necio como la luna cambia (Eclo. 27). En el hebreo, en cambio, tiene: "El Señor hace habitar a los monjes en la casa": esto es, en quienes no cohabita el pecado.

"Quien saca a los encadenados en fortaleza". Dios mismo por su virtud saca a aquellos que están ligados por el diablo en los pecados: como aquella mujer en el Evangelio: que había estado ligada dieciocho años por el diablo (Lc. 13). "Similarmente a los que exasperan, que habitan en los sepulcros". Dios es dulce por naturaleza. Pero quienes lo llevan a la amargura son pecadores, y se fabrican para sí un Dios amargo. No cambian su naturaleza, sino que ellos mismos, pecadores, se hacen a Dios amargo. "Que habitan en los sepulcros". Habiendo ligado dentro de su casa al fuerte, esto es, al diablo, absolvió a los que por los pecados eran tenidos ligados, y liberó a aquellos que, entregados a los ídolos, habían irritado a Dios, y yacían muertos como en sepulcros: como aquello en el Evangelio: "¡Ay de vosotros, escribas y fariseos!, porque sois semejantes a sepulcros blanqueados" (Mt. 23). Así como el santo es templo de Dios, así el pecador se fabrica para sí un sepulcro.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui. Hoc secundum historiam, quando Deus antecedebat populum suum egredientem de Aegypto (Exod. XIV). Cum pertransires in deserto. Deus non immoratur in deserto, sed pertransit. Terra mota est, etenim coeli distillaverunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Israel. Coeli distillaverunt, hoc est, manna (Exod. XVI). Sinai interpretatur tentatio. Ergo Deus in eis habitat, qui tentantur et superant. In eis autem qui in deliciis sunt, non inhabitat. Etenim coeli distillaverunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Israel. Unum novi veterisque Testamenti hic designat auctorem. Nam qui coram Israelitico populo in deserto praecessit, ipse in Evangeliis deserta gentium visitavit. Et per quem tunc in Sina huic generationi manna defluxit; ipse Christianae genti corporis sanguinisque sui manna in Ecclesia subministrat.

Pluviam voluntariam segregabis, Deus, haereditati tuae. Praedicationem sanctam, quae per apostolos in corda hominum proflua irrigatione descendit. Vel de lege dicit, quae data est per Moysen. Etenim infirmata est. Vel cum Paulus judicium mortis in se habuit: vel cum Petrus Dominum ter negavit: sive cum reliqui apostoli, relicto in passione Domino, fugerunt (Matth. V). Infirmata est, lex: quoniam nemo potuit implere eam, nisi Dominus qui dixit: Non veni solvere legem, sed adimplere. Et secundum Apostolum: Impossibilitatem enim legis in quo infirmabatur, Deus Filium suum misit, factum ex muliere, factum sub lege: ut eos qui sub lege erant, redimeret (Galat. IV). Tu vero perfecisti eam: animalia tua habitabunt in ea. Resurrectio enim tua quod titubabat avertens, ita hanc praedicationem ad perfectum duxit: ut in ea gentes quae prius tamquam irrationabilia habebantur animalia, commorarentur. Animalia tua habitabunt in ea: hoc est, in haereditate. Animalia autem dixit eos, qui in Deo vivunt: hoc est, sanctos. Vel aliter: Pluviam voluntariam segregabis. Pluviam voluntariam, aut praecepta, aut manna debemus accipere. Et infirmata est: tu vero perfecisti eam. Lex quae per transgressionem Judaeorum fuerat infirmata, Evangelii gratia veniente completa est.

Parasti in dulcedine tua pauperi, Deus. Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. In Hebraeo habet: Quae evangelizantur: hoc est, mulieribus quae evangelizabant apostolis: ubi dicitur: Euntes dicite fratribus meis, et caetera (Matt. XXVIII). Aut animas significat, quae crediderunt in Christo. Secundum Septuaginta autem interpretes, ad apostolos dicitur: quia Dominus dedit eis virtutem praedicandi Evangelium. Haec dulcedo pluviae, quae mellis ac favi saporem vincit, in pauperibus, id est, in sanctis Dei defluxit, quae ab ore apostolorum, jubente Deo, cum multa virtute processit.

"Dios, cuando salías a la vista de tu pueblo". Esto según la historia, cuando Dios antecedía a su pueblo que salía de Egipto (Éx. 14). "Cuando pasabas por el desierto". Dios no se demora en el desierto, sino que pasa. "La tierra fue movida, pues los cielos destilaron ante la faz del Dios del Sinaí, ante la faz del Dios de Israel". "Los cielos destilaron", esto es, el maná (Éx. 16). Sinaí se interpreta como "tentación". Por tanto, Dios habita en ellos, que son tentados y vencen. En cambio, en los que están en las delicias, no habita. "Pues los cielos destilaron ante la faz del Dios del Sinaí, ante la faz del Dios de Israel". Designa aquí a un solo autor del Antiguo y del Nuevo Testamento. Pues quien precedió ante el pueblo israelítico en el desierto, él mismo en los Evangelios visitó los desiertos de las naciones. Y por quien entonces en el Sinaí fluyó el maná para esta generación, él mismo suministra a la gente cristiana el maná de su cuerpo y de su sangre en la Iglesia.

"Lluvia voluntaria apartarás, Dios, para tu heredad". La predicación santa, que por los apóstoles descendió a los corazones de los hombres con proflua irrigación. O habla de la ley, que fue dada por Moisés. "Pues fue debilitada". O cuando Pablo tuvo en sí el juicio de muerte, o cuando Pedro negó tres veces al Señor, o cuando los demás apóstoles, dejado el Señor en la pasión, huyeron (Mt. 5). "Fue debilitada", la ley: puesto que nadie pudo cumplirla, sino el Señor que dijo: "No vine a disolver la ley, sino a cumplirla". Y según el Apóstol: "Pues lo que era imposibilidad de la ley en lo que se debilitaba, Dios envió a su Hijo, hecho de mujer, hecho bajo la ley: para que redimiera a los que estaban bajo la ley" (Gál. 4). "Pero tú la perfeccionaste: tus animales habitarán en ella". Pues tu resurrección, apartando lo que titubeaba, llevó así esta predicación a lo perfecto: para que en ella las gentes que antes eran tenidas como animales irracionales, morasen. "Tus animales habitarán en ella": esto es, en la heredad. Pero llamó "animales" a los que viven en Dios: esto es, a los santos. O de otro modo: "Lluvia voluntaria apartarás". Lluvia voluntaria, o los preceptos o el maná debemos entender. "Y fue debilitada: tú en cambio la perfeccionaste". La ley que por la transgresión de los judíos había sido debilitada, al venir la gracia del Evangelio fue completada.

"Preparaste en tu dulzura para el pobre, Dios". "El Señor dará la palabra a los que evangelizan con mucha virtud". En el hebreo tiene: "Las cosas que son evangelizadas": esto es, a las mujeres que evangelizaban a los apóstoles: donde se dice: "Id decid a mis hermanos", etc. (Mt. 28). O significa las almas que creyeron en Cristo. Según los Setenta intérpretes, en cambio, se dice a los apóstoles: porque el Señor les dio la virtud de predicar el Evangelio. Esta dulzura de la lluvia, que vence el sabor de la miel y del panal, fluyó en los pobres, esto es, en los santos de Dios, la cual procedió de la boca de los apóstoles, por mandato de Dios, con mucha virtud.

Et repulit tabernaculum Joseph, et tribum Ephraim non elegit: sed elegit tribum Juda, montem Sion quem dilexit. Non ad hoc repulit tribum Joseph vel Ephraim, ut in aeternum sperneret: sed noluit de ea suscipere carnem, eligens tribum Juda, de qua beata Maria procederet, ex qua nasceretur ipse, ut dilectionis suae montem, id est, Ecclesiam elevaret. Et aedificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra, quam fundavit in saecula. Ipsam Ecclesiam suam singulari virtute firmavit, ut immobilis in saecula sempiterna persisteret. Elegit David servum suum, et sustulit eum de gregibus ovium, et de post fetantes accepit eum. Pascere, etc. Omnia haec ad Christum Dominum referenda sunt, qui a paterno consilio, ad redemptionem nostram electus est de grege mortalium: carnem assumens, pascens Christianum populum, sive supplantatorem vitiorum, sive mente videntem Deum. Qui nunc Ecclesiam suam suis voluntatibus inhaerentem, in bonitate cordis sui pascere, et in coelesti Jerusalem collocare dignetur. Ipsi gloria cum aeterno Patre et Spiritu sancto, in saecula saeculorum. Amen. PSALMUS LXXVIII. Psalmus Asaph. Iste psalmus vocem continet prophetae, captivitatem terrenae Jerusalem deplorantis: quae captivitas non tantum ad illam civitatem, quantum ad animam, quae saepe civitas scribitur, referenda est.

Entregó en cautividad su fortaleza, y su hermosura en manos del enemigo: y encerró en la espada a su pueblo, y despreció su heredad. Sus jóvenes, etc. Manifiestamente aquí profetizó aquel exterminio que se llevó a cabo en Jerusalén bajo Tito y Vespasiano. Y porque profetizó lo que había de hacerse como si ya estuviera hecho, sepa el que lee que para Dios las cosas futuras ya han sido hechas. Pero ojalá también en nosotros esto, con la cooperación del Señor, se haga, para que la concupiscencia decaiga y se eleve la potestad de las virtudes. Que la forma del inicuo amor se derrumbe y se eleve la hermosura de la Iglesia. Que el pueblo de los vicios sea muerto y la muchedumbre de las virtudes sea vivificada. Que la heredad terrena sea rechazada y el reino de Dios sea adquirido. El joven, esto es, el pecado que comienza, sea consumido por la virtud del Espíritu Santo, y el alma virgen se alegre. Que los incitadores de los vicios sean degollados por la espada —esto es, por la palabra de Dios— para que las mentes viudas de estos exulten con Cristo. Y se despertó como quien duerme el Señor, como un valiente embriagado de vino, e hirió a sus enemigos en las partes posteriores, les dio un oprobrio sempiterno. El Señor es tenido como quien duerme y como si estuviera ebrio en el corazón de los inicuos. Mas cuando comienzan a hacer penitencia, se despierta. Y habiendo herido los vicios hasta los tiempos posteriores, y habiéndolos entregado al oprobrio sempiterno, vela en ellos.

Y rechazó el tabernáculo de José, y no eligió a la tribu de Efraín: sino que eligió a la tribu de Judá, el monte Sión al que amó. No para esto rechazó a la tribu de José o de Efraín, para despreciarlas eternamente: sino que no quiso tomar carne de ella, eligiendo a la tribu de Judá, de la cual procedería la bienaventurada María, de quien él mismo nacería, para elevar el monte de su dilección, esto es, la Iglesia. Y edificó su santuario como el de los unicornios en la tierra, la cual fundó para los siglos. Afirmó su misma Iglesia con singular virtud, para que persistiera inmóvil por los siglos sempiternos. Eligió a David su siervo, y lo quitó de los rebaños de ovejas, y de tras las que crían lo tomó. Para apacentar, etc. Todo esto ha de referirse a Cristo el Señor, quien por consejo paterno fue elegido de entre el rebaño de los mortales para nuestra redención: asumiendo la carne, apacentando al pueblo cristiano, ya sea al suplantador de los vicios, ya sea al que ve a Dios con la mente. Que él ahora se digne apacentar a su Iglesia, que se adhiere a sus voluntades, en la bondad de su corazón, y colocarla en la Jerusalén celestial. A él sea la gloria con el eterno Padre y el Espíritu Santo, por los siglos de los siglos. Amén. SALMO 78. Salmo de Asaf. Este salmo contiene la voz del profeta que deplora la cautividad de la Jerusalén terrena: cautividad que no ha de referirse tanto a aquella ciudad, cuanto al alma, que a menudo es escrita como ciudad.

Deus, venerunt gentes in haereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum. Apostolus dicit: Vos estis templum Dei, et Spiritus Dei habitat in vobis (I Cor. III). Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Ergo si increscentibus vitiis succumbit anima Christiana: tunc haereditas quae Dei esse debuerat, adversario subditur, et tunc templum Spiritui sancto dedicatum, coinquinatum a gentium criminibus disperditur. Posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. Sicut enim poma cum maturescere coeperint, a suis custodiuntur, maturaque facilius devorantur: ita et adversarius noster irruentibus vitiis custodit sibi consentientem animam donec eam ad plenum voluntatis suae consensum adducens, valeat devorare. Quamdiu enim in ea scintilla lucet fidei, acerba est deutibus inimici. Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus coeli: carnes sanctorum tuorum bestiis terrae. Effuderunt sanguinem ipsorum tamquam aquam in circuitu Jerusalem, et non erat qui sepeliret. Haec quidem in Jerusalem ante adventum acta sunt Salvatoris: sed passionem infantum figuraverunt, ubi carnes eorum bestiis atque volucribus, id est, persecutoribus expositae sunt, et tanta multitudo sanguinis est effusa, ut vix omnium sepeliri corpuscula possent. Circuitus autem in Jerosolymis, plorantis Ecclesiae intelligitur luctus, juxta illud: Rachel plorans filios suos, et noluit consolari, quia non sunt (Jerem. XXXI; Matth. II). Facti sumus opprobrium vicinis nostris, etc. Opprobrium fiunt sancti his qui prius fratres fuerant, et tunc separati ab Ecclesia, timentes Deum persequuntur: quod ad haereticos refertur: Usquequo, Domine, irasceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus? Effunde iram tuam in gentes quae te non noverunt, et in regna quae nomen, etc. Ne nobis irascaris quaesumus, Domine, qui te novimus: sed in illos potius retorque furorem tuum, qui Christum tuum ignorant. Quia comederunt Jacob, et locum ejus desolaverunt. Illum carnalem, qui seductus est astu inimici. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiae tuae, Domine, quia pauperes facti sumus nimis. Praeveniat nos quaesumus, Domine, misericordia, quae est unigenitus tuus, ut veniens propitietur iniquitatibus nostris, et eruat nos a peccatis. Pauperes enim facti sumus in mundo propter illum. Adjuva nos, Deus, salutaris noster; propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, et propitius esto peccatis nostris, etc. Tunc nobis, vel adjuvas, vel propitiaris: si claritas nominis tui, quae in gentibus benedicitur, nos morte sua a morte eripiat.

Dios, vinieron las naciones a tu heredad: contaminaron tu santo templo. El Apóstol dice: 'Vosotros sois templo de Dios, y el Espíritu de Dios habita en vosotros' (1 Cor. 3). Si alguno violare el templo de Dios, Dios le destruirá. Por tanto, si el alma cristiana sucumbe a los vicios crecientes: entonces la heredad que debiera ser de Dios se somete al adversario, y entonces el templo dedicado al Espíritu Santo, mancillado por los crímenes de las naciones, es destruido. Pusieron a Jerusalén como custodia de frutas. Pues así como las frutas, cuando comienzan a madurar, son custodiadas por sus guardas, y ya maduras son devoradas más fácilmente: así también nuestro adversario custodia para sí al alma que consiente ante los vicios que irrumpen, hasta que, llevándola al pleno consentimiento de su voluntad, pueda devorarla. Pues mientras brille en ella la centella de la fe, es amarga para los dientes del enemigo. Pusieron los cadáveres de tus siervos por comida a las aves del cielo: las carnes de tus santos a las bestias de la tierra. Derramaron la sangre de ellos como agua en el circuito de Jerusalén, y no había quien sepultara. Esto ciertamente se hizo en Jerusalén antes del advenimiento del Salvador: pero figuraron la pasión de los párvulos, donde sus carnes fueron expuestas a las bestias y a las aves, esto es, a los perseguidores, y se derramó tanta multitud de sangre, que apenas podían sepultarse los cuerpecitos de todos. Por el circuito en Jerusalén, se entiende el luto de la Iglesia que llora, según aquello: 'Raquel llorando a sus hijos, y no quiso ser consolada, porque no son' (Jer. 31; Mt. 2). Fuimos hechos oprobio para nuestros vecinos, etc. Los santos se hacen oprobio para aquellos que antes habían sido hermanos, y entonces separados de la Iglesia, persiguen a los que temen a Dios: lo cual se refiere a los herejes. ¿Hasta cuándo, Señor, estarás airado hasta el fin, se encenderá como fuego tu celo? Derrama tu ira sobre las naciones que no te conocieron, y sobre los reinos que tu nombre, etc. Te rogamos, Señor, que no te aires contra nosotros que te conocemos: sino más bien retuerce tu furor contra aquellos que ignoran a tu Cristo. Porque devoraron a Jacob, y su lugar desolaron. A aquel carnal, que fue seducido por la astucia del enemigo. No te acuerdes de nuestras iniquidades antiguas: que tus misericordias nos anticipen pronto, Señor, porque hemos sido hechos muy pobres. Que nos prevenga, te rogamos, Señor, la misericordia, que es tu Unigénito, para que viniendo se propicie ante nuestras iniquidades y nos arranque de los pecados. Pues hemos sido hechos pobres en el mundo por causa de él. Ayúdanos, Dios, salvador nuestro; por la gloria de tu nombre, Señor, líbranos, y sé propicio a nuestros pecados, etc. Entonces nos ayudas, o te propicias: si la claridad de tu nombre, que es bendecida en las naciones, nos arrebata de la muerte por su muerte.

Nequando dicant gentes, ubi est Deus eorum? et innotescat in nationibus coram oculis nostris. Gentes, sive nationes, potestates adversae sunt, quae invalescunt adversum nos, dicentes: Ubi est Deus verax vester? Sicut pagani martyribus saepe dicebant. Ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est. Judicium hic invocat: quo sanguis martyrum exquiratur a Domino, qui in Apocalypsi ait: Quiescite modicum, donec impleatur numerus conservorum vestrorum (Apoc. VI). Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. Qui te per longas lacrymas requirentes, absolvi et tecum esse desiderant. Secundum magnitudinem brachii tui, posside filios mortificatorum. Eos scilicet qui per martyrum exempla currentes, crucifixerunt se vitiis et concupiscentiis. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. Ut non judicii poena damnentur, sed in hoc saeculo septuplam compositionem poenitendo dissolvant. Sinus autem saepe pectus hominis intelligitur, in quo anima requiescit. Improperium ipsorum quod exprobraverunt tibi, Domine. Tibi enim exprobrant: quia martyres tuos in quibus habitas, contumeliis affligunt. Nos autem populus tuus, et oves pascuae tuae. Propter innocentiam autem, quam gerunt, oves vocantur, vel quia Christum pastorem habent. Confitebimur tibi in saecula, et in generatione et generationem. Hoc est, a prophetis usque in Evangelia. Annuntiabimus laudem tuam. Quia tibi est cum aeterno Patre et Spiritu sancto honor et gloria, in saecula saeculorum. Amen. PSALMUS LXXIX. In finem pro his qui commutabuntur, testimonium Asaph. Iste psalmus vocem continet prophetae deprecantis, narrantisque magnalia Dei. Qui regis Israel, intende. A Deo regitur, qui mente videt Deum. Ergo hunc propheta intendere sibi deposcit. Qui educis tamquam oves Joseph. Non illum Joseph, cujus typum in alio psalmo repulit: sed illum qui triginta argenteis a discipulo venditus, paterna virtute ex inferno deductus est cum grege justorum. Qui sedes super Cherubim. Super plenitudinem omnis scientiae. Appare. Huic mundo te videndum praebe. Coram Ephraim, et Benjamin, et Manasse. Illum Ephraim Manassemque commemorat, quos alibi fortitudinem sui capitis dicit, id est, Ecclesiam vel apostolos. Quod autem Benjamin in medio posuit: significat Paulum apostolum, qui de tribu Benjamin descendit, caeteris apostolis sociandum (Philip. III). Excita potentiam tuam. Quam Aegyptiis ac filiis Israel ostendisti. Et veni, ut salvos facias nos. Ut sicut illos eruisti de Aegypto, ita nos salves a potestate daemonum. Deus, converte nos. Ad te cognoscendum. Et ostende faciem tuam, et salvi erimus. Ostende Filium tuum, ut salvemur. Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationem servi tui? Non enim irascitur, si justitiam petamus; sed conscientia delicti, putat etiam ab oratione irasci.

Para que no digan las naciones, ¿dónde está el Dios de ellos? y sea conocido en las naciones ante nuestros ojos. Las gentes, o naciones, son las potestades adversas que prevalecen contra nosotros, diciendo: ¿Dónde está vuestro Dios veraz? Así como los paganos decían a menudo a los mártires. La venganza de la sangre de tus siervos que ha sido derramada. Invoca aquí el juicio: por el cual la sangre de los mártires sea requerida por el Señor, quien en el Apocalipsis dice: 'Descansad un poco, hasta que se complete el número de vuestros consiervos' (Ap. 6). Entre en tu presencia el gemido de los presos. Los que buscándote con largas lágrimas, desean ser librados y estar contigo. Según la grandeza de tu brazo, posee a los hijos de los que fueron muertos. A aquellos, a saber, que corriendo por los ejemplos de los mártires, se crucificaron a sí mismos a los vicios y concupiscencias. Devuelve a nuestros vecinos siete veces en su seno. Para que no sean condenados con la pena del juicio, sino que en este siglo paguen una composición séptuple arrepintiéndose. Pues el seno a menudo se entiende como el pecho del hombre, en el cual el alma descansa. El oprobio con que te han reprochado, Señor. Pues te reprochan a ti: porque afligen con contumelias a tus mártires en quienes habitas. Mas nosotros somos tu pueblo, y ovejas de tu dehesa. Por la inocencia que llevan son llamados ovejas, o porque tienen a Cristo por pastor. Te confesaremos por siempre, y de generación en generación. Esto es, desde los profetas hasta los Evangelios. Anunciaremos tu alabanza. Porque a ti sea con el eterno Padre y el Espíritu Santo el honor y la gloria, por los siglos de los siglos. Amén. SALMO 79. Al fin, por los que serán mudados, testimonio de Asaf. Este salmo contiene la voz del profeta que suplica y narra las maravillas de Dios. Tú que riges a Israel, atiende. Es regido por Dios quien ve a Dios con la mente. Por tanto, el profeta pide que este le atienda. Tú que sacas como ovejas a José. No a aquel José, cuyo tipo rechazó en otro salmo: sino a aquel que vendido por treinta monedas de plata por el discípulo, fue sacado del infierno por la virtud paterna con el rebaño de los justos. Tú que estás sentado sobre los Querubines. Sobre la plenitud de toda ciencia. Aparécete. Muéstrate para ser visto por este mundo. Ante Efraín, y Benjamín, y Manasés. Conmemora a aquel Efraín y Manasés a quienes en otro lugar llama la fortaleza de su cabeza, esto es, la Iglesia o los apóstoles. El que pusiera a Benjamín en medio significa al apóstol Pablo, que descendió de la tribu de Benjamín, para ser asociado con los demás apóstoles (Flp. 3). Excita tu potencia. La que mostraste a los egipcios y a los hijos de Israel. Y ven para salvarnos. Para que así como a aquellos los arrancaste de Egipto, así nos salves de la potestad de los demonios. Dios, conviértenos. Al conocimiento de ti. Y muestra tu rostro, y seremos salvos. Muestra a tu Hijo para que seamos salvos. Señor Dios de las virtudes, ¿hasta cuándo estarás airado sobre la oración de tu siervo? Pues no se aíra si pedimos justicia; pero la conciencia del delito piensa que se aíra incluso por la oración.

Cibabis nos pane lacrymarum, et potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Saepe ob desiderium Dei, sive recordationem peccati, lacrymae nobis panes, potusque fiunt. Quod autem ait, in mensura, illud indicat, ut in hac oratione, in qua peccatis absolvi cupimus, vel Deum videre desideramus: victus tenuis accipiatur, si in precatione, non in multiloquio proferatur. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, etc. Judaeis atque haereticis, qui in circuitu Ecclesiae obstrepunt, nosque impugnant. Domine Deus virtutum, converte nos ad te, et ostende faciem tuam, etc. Illum qui dixit: Qui me videt, videt et Patrem (Joan. XIV). Vineam de Aegypto transtulisti: ejecisti gentes, et plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu ejus, etc. Licet haec synagogam figuraverint, ad Ecclesiam referenda sunt, quae a tenebris saeculi ad coelestem dignitatem, ejectis vitiorum gentibus, fide favente, translata est. Cui etiam via, id est, mandata per quae graderetur, largita sunt, plantatis in ea doctoribus, per quos in omnem terram Evangeliorum sonus nuntiaretur. Ipse quoque a Domino super Cherubim residente custoditur, dirigitur, ac nutritur.

Operuit montes umbra ejus, et arbusta ejus cedros Dei. Cum patriarchis atque apostolis claritatis suae. Extendit palmites suos. Nos sumus vites, qui ex vinea illa fronduimus. Usque ad mare. Id est, usque ad baptismum accessimus, qui prius in vanitate saeculi hujus fluctuabamus. Mare enim Apocalypsis baptismum signat. Et ad flumen propagines ejus. Ut qui in ea renascebantur, baptismo abluerentur. Hinc ad synagogam revertitur. Ut quid destruxisti maceriam ejus? Tunc enim munitio synagogae deposita est, cum ei caecitas contigit, donec plenitudo gentium subintraret. Et vindemiant eam omnes transeuntes viam. Spoliatur ab his qui per hujus saeculi viam ad Deum transeunt: dum Judaeos converti faciunt praedicando. Exterminavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam. In apro atque singulari fero immanitas diaboli intelligitur, a quo exterminata est propter incredulitatem. Domine Deus virtutum, converte nos. Synagogam ad Ecclesiam. Respice de coelo, et vide, et visita vineam istam. De qua superius sum locutus. Et perfice eam quam plantavit dextera tua. Quam virtus, id est, Filius tuus resurrectione sua fundavit. Et super filium hominis. Filium virginis. Quem confirmasti tibi. Quem, devicta morte, ad tuam dexteram collocasti. Incensa igni et suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt. Synagoga utique cum Judaeis non credentibus. Fiat manus tua super virum dexterae tuae. Super populum quem dextera, id est, Christus tuus salvabit. Et super filium hominis quem confirmasti tibi. Ipsum Mediatorem, Salvatoremque nostrum. Non discedimus a te, vivificabis nos. Si tibi fide adhaereamus, tunc pane illo vitae quem de coelo misisti, reficimur. Et nomen tuum invocabimus. Ipsum cui dedisti nomen super omne nomen.

Nos alimentarás con pan de lágrimas, y nos darás a beber lágrimas en medida. A menudo por el deseo de Dios, o el recuerdo del pecado, las lágrimas se nos hacen pan y bebida. Lo que dice, en medida, indica que en esta oración, en la cual deseamos ser librados de los pecados o deseamos ver a Dios, se reciba un sustento tenue, si se profiere en la súplica y no en el mucho hablar. Nos pusiste en contradicción para nuestros vecinos, etc. Para los judíos y herejes, que estrepitan en el circuito de la Iglesia y nos impugnan. Señor Dios de las virtudes, conviértenos a ti, y muestra tu rostro, etc. A aquel que dijo: 'El que me ve, ve también al Padre' (Jn. 14). Trasladaste una viña de Egipto: arrojaste a las naciones y la plantaste. Fuiste guía del camino en su presencia, etc. Aunque esto figurara a la sinagoga, ha de referirse a la Iglesia, que de las tinieblas del siglo a la dignidad celestial —arrojadas las naciones de los vicios, favoreciendo la fe— fue trasladada. A la cual también le fueron otorgados el camino, esto es, los mandatos por los que caminara, plantados en ella doctores por quienes en toda la tierra se anunciara el sonido de los Evangelios. Ella también es custodiada, dirigida y nutrida por el Señor que reside sobre los Querubines.

Su sombra cubrió los montes: y sus sarmientos los cedros de Dios. Con los patriarcas y apóstoles de su claridad. Extendió sus sarmientos hasta el mar, y sus vástagos hasta el río. Nosotros somos las vides, que brotamos de aquella viña. Hasta el mar. Esto es, accedimos al bautismo, nosotros que antes fluctuábamos en la vanidad de este siglo. Pues el Mar en el Apocalipsis significa el bautismo. Y sus vástagos hasta el río. Para que quienes en ella renacían, fuesen lavados por el bautismo. De aquí vuelve a la sinagoga. ¿Por qué destruiste su cerca? Pues entonces la protección de la sinagoga fue depuesta, cuando le sobrevino la ceguera, hasta que entrara la plenitud de las naciones. Y la vendimian todos los que pasan por el camino. Es despojada por aquellos que pasan por el camino de este siglo hacia Dios: mientras hacen que los judíos se conviertan mediante la predicación. La exterminó el jabalí de la selva, y una fiera singular la devoró. En el jabalí y la fiera singular se entiende la inmanidad del diablo, por quien fue exterminada a causa de la incredulidad. Señor Dios de las virtudes, conviértenos. La sinagoga a la Iglesia. Mira desde el cielo, y ve, y visita esta viña. De la cual hablé más arriba. Y perfecciona la que plantó tu diestra. La cual la Virtud —esto es, tu Hijo— fundó con su resurrección. Y sobre el hijo del hombre. El Hijo de la virgen. A quien confirmaste para ti. A quien, vencida la muerte, colocaste a tu diestra. Incendiada con fuego y socavada, perecerán por la increpación de tu rostro. La sinagoga ciertamente con los judíos no creyentes. Sea tu mano sobre el varón de tu diestra: y sobre el hijo del hombre que confirmaste para ti. Sobre el pueblo que la Diestra —esto es, tu Cristo — salvará. Y sobre el hijo del hombre que confirmaste para ti. El mismo Mediador y Salvador nuestro. No nos apartamos de ti, nos vivificarás. Si nos adherimos a ti por la fe, entonces somos reconfortados por aquel pan de vida que enviaste del cielo. E invocaremos tu nombre. Aquel mismo al que diste un nombre sobre todo nombre.

Domine Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus. Ipsum, qui est imago tua: ipsum, qui est facies tua, qui est illuminatio vultus tui, in quo manes, et qui manet in te. Qui purificatis mentibus nostris dignetur illabi, seque nobis mundi Salvatorem ostendere, nosque inspectione sancta salvare. Ipsi gloria et imperium tecum, et cum Spiritu sancto, et nunc, et in saecula saeculorum. Amen.

In finem, pro torcularibus, psalmus ipsi Asaph. In lege scriptum est tres esse solemnitates: Paschae, Pentecostes, et Scenopegiae. Ante Scenopegias, ante dies decem jejunium erat, et jejunium erat usque ad vesperum. Eo tempore tubis canebant, hoc est, jejunabant, et in jejunio tubis canebant: et post dies decem, Scenopegiae erant. Diligenter attendite: Tres solemnitates in lege scriptae habentur. Primum Pascha, deinde Pentecostes, deinde Scenopegiae. Ante Scenopegias, jejunium: in jejunio autem tubis canebant. Animadvertite Scriptura quid significet. Tollite velamen, quod positum est ante oculos Moysi; et videte quoniam tabernacula non possumus fieri, nisi ante jejunemus. Ipsum autem jejunium nisi habuerit signum victoriae, quod nostros adversarios deterreat, non vincitur Amalec. Quoniam ergo tres sunt solemnitates, Pascha, Pentecoste, Scenopegiae: ideo et tres psalmi habent titulos pro torcularibus: Octavus psalmus, et octogesimus, et octogesimus tertius. Videtis ergo quomodo tres psalmi scripti sint in psalterio, qui pro torcularibus, praenotantur. Videte quid dicat psalmus octavus, et octogesimus, et octogesimus tertius: et antequam de numero disputemus, dicamus quid sibi significare velint torcularia. Pro torcularibus. Torcularia non sunt alibi, nisi ubi vineae et infinita vindemia. Pro torcularibus. Propterea dicit Dominus atque Salvator: Torcular calcavi solus, et de gentibus vir non erat mecum (Isai. LXIII). Propterea vineam de Aegypto transtulit et plantavit. Et dicit in Jeremia: Ego te plantavi vineam veram totam, electam: quomodo conversa es mihi in amaritudinem vitis alienae (Jerem. II)? Et Noe vinum bibit, et inebriatus est. Dicitur et Salomone, dicitur etiam in mysterio: Bibite, amici, et inebriamini (Cant. V). Legimus et in alio loco: quoniam Joseph ille vir sanctus, qui in typo praecessit Salvatoris, qui venditus est a fratribus suis: quem vendiderunt fratres sui, et regnavit in Aegypto (Gen. XLIII). Sic Dominus et Salvator noster venditus est a Judaeis, et regnavit in Aegypto istius saeculi. Ille ergo Joseph vir sanctus, ille praecipuus qui crudelitatem pietate superavit: qui ideo venditus est in Aegyptum, ut Aegyptum pasceret, et fratres suos qui eum vendiderunt. Ille igitur Joseph invitavit fratres suos. Sed videte: Et inebriatus esse in meridie dicitur. Hoc vero secundum litteram stare non potest, ut Vir sanctus inebriatus fuerit. Inebriatus est et Noe, sed vere fuerat inebriatus. Joseph inebriatus fuit ut Noe, et inebriatus est in domo sua.

Señor Dios de las virtudes, conviértenos, y muestra tu rostro, y seremos salvos. A él mismo, que es tu imagen: a él mismo, que es tu rostro, que es la iluminación de tu semblante, en quien permaneces, y quien permanece en ti. Que él se digne deslizarse en nuestras mentes purificadas, y mostrarse ante nosotros como el Salvador del mundo, y salvarnos con su santa inspección. A él sea la gloria y el imperio contigo, y con el Espíritu Santo, ahora y por los siglos de los siglos. Amén.

Al fin, por los lagares, salmo de Asaf mismo. En la ley está escrito que hay tres solemnidades: de la Pascua, de Pentecostés y de la Escenopegia. Antes de la Escenopegia, durante diez días había ayuno, y el ayuno era hasta la tarde. En aquel tiempo tocaban trompetas —esto es, ayunaban, y en el ayuno tocaban trompetas— y después de diez días, era la Escenopegia. Atended diligentemente: Se tienen tres solemnidades escritas en la ley. Primero la Pascua, luego Pentecostés, luego la Escenopegia. Antes de la Escenopegia, ayuno: y en el ayuno tocaban trompetas. Observad lo que significa la Escritura. Quitad el velo que fue puesto ante los ojos de Moisés; y ved que no podemos ser hechos tabernáculos si antes no ayunamos. Pero el mismo ayuno, si no tiene el signo de la victoria que aterre a nuestros adversarios, no se vence a Amalec. Como, pues, hay tres solemnidades —Pascua, Pentecostés, Escenopegia— por eso también tres salmos tienen el título 'por los lagares': el salmo octavo, el octogésimo y el octogésimo tercero. Ved, pues, cómo hay tres salmos escritos en el salterio que se anotan 'por los lagares'. Ved lo que dicen los salmos octavo, octogésimo y octogésimo tercero: y antes de que disputemos sobre el número, digamos qué quieren significar para sí los lagares. 'Por los lagares'. No hay lagares en otro lugar sino donde hay viñas e infinita vendimia. 'Por los lagares'. Por eso dice el Señor y Salvador: 'He pisado yo solo el lagar, y de las naciones no hubo varón conmigo' (Is. 63). Por eso trasladó una viña de Egipto y la plantó. Y dice en Jeremías: 'Yo te planté como viña verdadera toda ella, elegida: ¿cómo te has convertido para mí en la amargura de una vid extraña' (Jer. 2)? Y Noé bebió vino y se embriagó. Se dice también de Salomón, se dice incluso en misterio: 'Bebed, amigos, y embriagaos' (Cant. 5). Leemos también en otro lugar: que aquel José, varón santo que precedió en tipo al Salvador, el cual fue vendido por sus hermanos: a quien sus hermanos vendieron y reinó en Egipto (Gén. 43). Así nuestro Señor y Salvador fue vendido por los judíos y reinó en el Egipto de este mundo. Aquel José, pues, varón santo, aquel preeminente que superó la crueldad con la piedad: el cual por eso fue vendido a Egipto, para alimentar a Egipto y a sus hermanos que lo vendieron. Aquel José, por tanto, invitó a sus hermanos. Pero ved: se dice también que se embriagó al mediodía. Pero esto ciertamente según la letra no puede sostenerse, que un varón santo se haya embriagado. Noé también se embriagó, pero verdaderamente se había embriagado. José estuvo embriagado como Noé, y se embriagó en su casa.

Videte mysterium: Videamus ante quid significet in mysterio, et postea disputemus quid significet in sensu. Post diluvium mundi istius bibit Noe, et inebriatus est in domo sua, et denudata sunt femora ejus, et ejus apparuit turpitudo: et venit frater major et irrisit, frater autem minor texit (Gen. IX). Hoc totum dicitur de Salvatore, quoniam dicebat in cruce passionis: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste (Matth. XXVI). Bibit, et inebriatus est, et denudata sunt femora ejus, et apparuit ignominia crucis. Venit frater major populus Judaeorum, et irrisit: et minor, populus de gentibus, texit ignominiam. Propterea maledictus Chanaam, servus erit fratris sui. Ecce maledictio illa usque hodie perseverat. Nos minor populus, imperamus majori populo Judaeorum. Sicut ergo Dominus in Passione inebriatus est, sic et sancti in ardore fidei quotidie inebriantur in Spiritu sancto. Tu qui die hesterna aurum colligebas, hodie projicis: nonne apud ignotos videris insanus? Denique et apostoli quando Spiritus sanctus descenderat super eos, et impleverat eos, et loquebantur linguis variis, propterea dicebantur musto pleni (Act. II). Multa sunt quae dicantur de vini mysterio, et de ebrietate. In finem, pro torcularibus, Asaph. Octavus psalmus, et octogesimus, et octogesimus tertius. Nullus alius habere poterat torcularis numeros, nisi octavus, et octogesimus, et octogesimus tertius. Octavus dies resurrectionis in singulari numero. Rursum in octo decadibus, octogesimus alius major numerus. Videtis ergo quoniam haec torcularia non praescribuntur, nisi in die resurrectionis, octava, et octogesima. Dicat aliquis: Quare postea dicitur in octogesimo tertio torcularia? Haec torcularia ad Trinitatis mysterium pertinent. Propterea et tres sunt chorodidascali. In octavo psalmo, David; in octogesimo, Asaph; in octogesimo tertio, filii Core. Octavus est David, qui interpretatur fortis manu. Prima enim nostra victoria, pugnam habet atque luctam. Propterea dicitur fortis manu David. Secunda vero, hoc est, in octogesimo Asaph. Asaph autem interpretatur Synagoga. In octavo ergo vincimus, et in octogesimo cum Domino congregamur. In octogesimo vero tertio filiorum Core. Core, interpretatur Calvaria. Ascende, Calve; ascende, Calve (IV Reg. II). Haec dicebant etiam pueri Elisaeo, quoniam passus fuerat in loco Calvariae. Multa sunt quae dicantur, quomoda Elisaeus in Bethel irrisus sit a quadraginta duobus pueris. Ista sunt torcularia, de quibus dicit et Salvator: Facite vobis amicos de iniquo mammona, ut vos recipiant in aeterna tabernacula (Luc. XVI).

Exsultate Deo, adjutori nostro. Qui nos de tenebris Aegypti liberavit. Jubilate Deo Jacob. Supplantatori inimicorum.

Sumite psalmum, et date tympanum, psalterium jucundum cum cithara. Hymnum de corde puro, vel mente, ac attenuatione peccatorum mundi.

Ved el misterio: Veamos primero qué significa en misterio, y después disputemos qué significa en sentido. Después del diluvio de este mundo Noé bebió y se embriagó en su casa, y sus muslos fueron descubiertos y apareció su torpeza: y vino el hermano mayor y se burló, mas el hermano menor lo cubrió (Gén. 9). Todo esto se dice del Salvador, puesto que decía en la cruz de la pasión: 'Padre, si es posible, pase de mí este cáliz' (Mt. 26). Bebió y se embriagó, y sus muslos fueron descubiertos y apareció la ignominia de la cruz. Vino el hermano mayor, el pueblo de los judíos, y se burló: y el menor, el pueblo de las naciones, cubrió la ignominia. Por eso maldito sea Canaán, será siervo de su hermano. Ved que aquella maldición persevera hasta hoy. Nosotros, el pueblo menor, mandamos al pueblo mayor de los judíos. Como, pues, el Señor se embriagó en la Pasión, así también los santos en el ardor de la fe se embriagan diariamente en el Espíritu Santo. Tú que ayer recogías oro, hoy lo arrojas: ¿no pareces insano ante los desconocidos? Finalmente, también los apóstoles, cuando el Espíritu Santo había descendido sobre ellos y los había llenado y hablaban en varias lenguas, por eso se decía que estaban llenos de mosto (Hech. 2). Hay muchas cosas que podrían decirse sobre el misterio del vino y sobre la ebriedad. Al fin, por los lagares, Asaf. El salmo octavo, el octogésimo y el octogésimo tercero. Ningún otro podía tener los números del lagar sino el octavo, el octogésimo y el octogésimo tercero. El octavo es el día de la resurrección en número singular. De nuevo en ocho décadas, el octogésimo es otro número mayor. Ved, pues, que estos lagares no se prescriben sino en el día de la resurrección, el octavo y el octogésimo. ¿Por qué después se dice en el octogésimo tercero 'lagares'? Estos lagares pertenecen al misterio de la Trinidad. Por eso también hay tres maestros de coro. En el salmo octavo, David; en el octogésimo, Asaf; en el octogésimo tercero, los hijos de Coré. David es el octavo, que se interpreta como 'fuerte de mano'. Pues nuestra primera victoria tiene lucha y combate. Por eso David es llamado fuerte de mano. Mas el segundo, esto es, en el octogésimo, es Asaf. Mas Asaf se interpreta como 'Sinagoga'. En el octavo, pues, vencemos, y en el octogésimo somos congregados con el Señor. Mas en el octogésimo tercero es de los hijos de Coré. Coré se interpreta como 'Calvaria'. 'Sube, calvo; sube, calvo' (4 Rey. 2). Esto decían también los muchachos a Eliseo, puesto que había padecido en el lugar de la Calvaria. Hay muchas cosas que podrían decirse, cómo Eliseo en Betel fue burlado por cuarenta y dos muchachos. Esos son los lagares de los que también dice el Salvador: 'Haceros amigos de la inicua riqueza, para que os reciban en los tabernáculos eternos' (Lc. 16).

Exultad en Dios, ayudador nuestro. Quien nos de las tinieblas de Egipto libró. Jubilad al Dios de Jacob. Al suplantador de los enemigos.

Tomad el salmo, y dad el tímpano, el salterio agradable con la cítara. Un himno de corazón puro, o mente, y por la atenuación de los pecados del mundo.

Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis nostrae. Illi canebant tuba in Pascha, Pentecoste, et Scenopegia. Nos modo in Ecclesia licet omni tempore Deo canere debeamus: sed praecipue in resurrectione, in remissione, et in domus innovatione: hoc est, cum resurgimus in Christo: cum remissionem accipimus, cum domus pectoris nostri innovata fuerit post ruinam.

Quia praeceptum in Israel est, et judicium Deo Jacob. Ipsius enim praeceptum est, atque judicium, ut gratia salvemur, et non ex nobis.

Testimonium in Joseph. In Christo qui pro nobis venditus est. Posuit illud, cum exiret de terra Aegypti. Vel in rubo, vel in igne, vel in aliis mysteriis. Linguam quam non noverat, audivit. Populus ille gentium, in Ecclesia mandata, quae prius ignorabat, accepit.

Divertit ab oneribus dorsum ejus. Quando in Aegypto eramus, exstruebamus civitates Pharaonis, lutum et laterem portabamus, et tota anima nostra quaerebat paleas. Non habebamus frumentum, non habebamus coelestem panem qui de coelo venit: necdum acceperamus manna de coelo, necdum nobis serpens fuerat in eremo suspensus: necdum petra aquam nobis miserat: necdum extendebamus manus, et cadebat Amalec. Sedebamus in luto, et faciebamus opera Aegypti, civitates Pharaonis exstruebamus. Divertit ab oneribus dorsum ejus. Quam grandia ante habebamus onera! Propterea Moyses noster dicit: Venite ad me, omnes, qui onerati estis peccatis, et ego reficiam vos (Matth. XI). Manus ejus in cophino servierunt. Cujus? Israelis. Alii sunt cophini Aegypti, et alii Jesu. Habet et Jesus cophinos suos, et duodecim cophinos de fragmentis implevit Salvator noster (Luc. IX). O rem miram, et ingentia mysteria significantem! Quinque millia populi vescebantur in eremo, sine parvulis, et mulieribus: in loco deserto non inveniuntur nisi tantum quinque panes: locus enim desertus erat. Requiro te qui tantum litteram sequeris. In deserto loco non inveniuntur nisi quinque panes, et duodecim cophini quomodo inveniuntur? Si desertus erat locus, utique duodecim cophinos habere non poterat; sed hoc totum significatur, quod populum suum Dominus in deserto istius saeculi eduxit de Aegypto: pavit panibus suis, et quodcumque supererat, in duodecim cophinis condidit, hoc est, in duodecim apostolis, ut quod perierat in duodecim tribubus, salvaretur in duodecim apostolis.

In tribulatione invocasti me, et liberavi te. Prophetae et psalmi ideo obscuri sunt: quoniam subito cum nescis, persona mutatur. Denique hucusque locutus est propheta: nunc subito inducitur persona Dei loquentis ad populum. In tribulatione invocasti me, et liberavi te. Quicumque in tribulatione es, securus esto, invoca me, et exaudieris. Exaudivi te in abscondito tempestatis. Tempesta illa quando te premebat, et quasi fluctibus huc illucque trahebat: ego eram in media tempestate. Probavi te apud aquam contradictionis.

Tocad la trompeta en la Neomenia, en el día insigne de nuestra solemnidad. Ellos cantaban con trompeta en la Pascua, Pentecostés y la Cenopegia (Scenopegia). Nosotros ahora en la Iglesia, aunque en todo tiempo a Dios cantar debamos: pero principalmente en la resurrección, en la remisión, y en la innovación de la casa: esto es, cuando resurgimos en Cristo: cuando la remisión recibimos, cuando la casa de nuestro pecho haya sido innovada después de la ruina.

Porque precepto en Israel es, y juicio al Dios de Jacob. Pues de él mismo es el precepto, y el juicio, para que por la gracia seamos salvos, y no de nosotros mismos.

Testimonio en José. En Cristo que por nosotros fue vendido. Lo puso, cuando salía de la tierra de Egipto. O en la zarza, o en el fuego, o en otros misterios. La lengua que no conocía, oyó. Aquel pueblo de las gentes, en la Iglesia, los mandatos que antes ignoraba, recibió.

Apartó de las cargas su espalda. Cuando en Egipto estábamos, construíamos las ciudades de Faraón, lodo y ladrillo portábamos, y toda nuestra alma buscaba paja. No teníamos trigo, no teníamos el pan celestial que del cielo viene: aún no habíamos recibido el maná del cielo, aún no se nos había suspendido la serpiente en el eremo: aún la piedra no nos había enviado agua: aún no extendíamos las manos, y caía Amalec. Sedíamos en el lodo, y hacíamos las obras de Egipto, las ciudades de Faraón construíamos. Apartó de las cargas su espalda. ¡Cuán grandes cargas antes teníamos! Por eso nuestro Moisés dice: Venid a mí, todos los que estáis cargados de pecados, y yo os refrescaré (Mat. XI). Sus manos en el cofín (cophino) sirvieron. ¿De quién? De Israel. Unos son los cofines de Egipto, y otros los de Jesús. Tiene también Jesús sus cofines, y doce cofines de los fragmentos llenó nuestro Salvador (Luc. IX). ¡Oh cosa admirable, y que significa ingentes misterios! Cinco mil personas del pueblo se alimentaban en el eremo, sin los párvulos y las mujeres: en lugar desierto no se encuentran sino solamente cinco panes: pues el lugar desierto era. Te pregunto a ti que solo la letra sigues. ¿En lugar desierto no se encuentran sino cinco panes, y cómo doce cofines se encuentran? Si desierto era el lugar, ciertamente doce cofines tener no podía; pero todo esto se significa, que a su pueblo el Señor en el desierto de este siglo sacó de Egipto: alimentó con sus panes, y lo que sobraba, en doce cofines guardó, esto es, en los doce apóstoles, para que lo que había perecido en las doce tribus, se salvara en los doce apóstoles.

En la tribulación me invocaste, y te libré. Los profetas y los salmos por eso son oscuros: porque súbitamente cuando no sabes, la persona se cambia. Finalmente hasta aquí ha hablado el profeta: ahora súbitamente se introduce la persona de Dios hablando al pueblo. En la tribulación me invocaste, y te libré. Quienquiera que estés en tribulación, seguro está, invócame, y serás escuchado. Te escuché en el escondite de la tempestad. Aquella tempestad cuando te oprimía, y como por las olas de aquí para allá te arrastraba: yo estaba en medio de la tempestad. Te probé junto al agua de la contradicción.

Secundum litteram de Moyse et Aaron dicitur: quod ad aquam contradictionis offenderint Deum (Exod. XVII; Num. XX). Denique ideo non sunt ingressi terram repromissionis. Nobis autem dicit Deus: Probavi te apud aquam contradictionis. Simon probatus est ad aquam contradictionis: quia in hypocrisi accepit baptismum (Act. VIII). Quicumque ergo in hypocrisi accepit baptismum, iste probatur ad aquam contradictionis.

Audi, populus meus, et testificabor tibi. Nobis loquitur Deus. Quodcumque populo dixit, etiam nobis loquitur. Israel, si audieris me. Quid quaeris, ut audiant? Videamus quid praecipiat. Non erit in te Deus recens. Cui Deus venter est, Deus ei recens est. Quotcumque vitia habemus, quotcumque peccata, tot recentes habemus deos. Iratus sum: ira mihi Deus est. Vidi mulierem et concupivi: libido mihi Deus est. Unusquisque enim quod cupit et veneratur, hoc illi Deus est. Avarus aurum deum habet. Nec adorabis Deum alienum. Noster Deus, virtus est: aliorum, vitia.

Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti. Nos sumus qui educti sumus de terra Aegypti: si tamen exivimus, si in eremo sumus, si terram repromissionis cupimus videre. Si reliquimus Sodomam, non respiciamus ad Sodomam. Salvati sumus in monte, non desideremus Aegyptias carnes, non dicamus: Quam bene nobis erat in Aegypto, cum manducabamus carnes in ollis, et allia, et cucumeres (Num. XI)! Vis accipere Domini cibos? Vis comedere ipsum Dominum Deum tuum et salvatorem? Audi quid dicat: Dilata os tuum, et implebo illud. Dilatate ora vestra, ipse est Dominus, et panis. Ipse hortatur nos ut comedamus, et ipse noster cibus est. Quantumcumque dilataveris, tantum accipies. Non est igitur in mea potestate, sed in tua est. Si volueris, totum me accipies: si nolueris, accipe saltem partem.

Et non audivit populus meus vocem meam. Ego sto ante ostium, et pulso. Volo ut aperias et ingrediar, et non vis aperire (Apoc. VIII).

Et Israel non intendit mihi: et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, etc. Infelix est qui a Deo non corripitur. Si quis peccans non percutitur, iste miser est. Ideo dicit: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Ideo eos dimisi: quoniam saepe percussi, et disciplinam non receperunt. Rogavi, non audierunt: percussi, non senserunt dolorem. Dimitto eos in voluntatibus suis, ut saturati vitiis suis, vel sic agant poenitentiam.

Si populus meus audisset me. O clementissime Pater, o misericors Deus! Rogavit, et non est auditus: quasi iratus dimittit filium lascivientem. Iterum videt perire, et dolet, quia perit. Et quid dicit: Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo, etc. Numquid grande mihi erat liberare te de tribulatione? Numquid non poteram majestatem meam mittere, et eruere te de periculo? Sed quia dimisi te libero arbitrio, et stadium tibi proposui, et non coronatur, nisi qui pugnaverit, propterea victoriam tuo arbitrio derelinquo (II Tim. II).

Según la letra de Moisés y Aarón se dice: que ante el agua de la contradicción ofendieron a Dios (Éx. XVII; Núm. XX). Finalmente por eso no entraron en la tierra de la promesa. Pero a nosotros dice Dios: Te probé junto al agua de la contradicción. Simón fue probado ante el agua de la contradicción: porque en hipocresía recibió el bautismo (Hechos VIII). Quienquiera, pues, que en hipocresía recibió el bautismo, este es probado ante el agua de la contradicción.

Oye, pueblo mío, y te testificaré. A nosotros nos habla Dios. Lo que sea que al pueblo dijo, también a nosotros nos lo habla. Israel, si me oyeres. ¿Qué buscas, para que oigan? Veamos qué mande. No habrá en ti dios reciente. Para aquel cuyo dios es el vientre (venter), el dios para él es reciente. Cuantos vicios tenemos, cuantos pecados, tantos recientes tenemos dioses. Estoy airado: la ira para mí es dios. Vi a una mujer y codicié: la libido para mí es dios. Pues cada uno lo que desea y venera, esto para él es dios. El avaro el oro por dios tiene. Ni adorarás a dios ajeno. Nuestro Dios, es la virtud: el de otros, los vicios.

Yo soy el Señor Dios tuyo que te saqué de la tierra de Egipto. Nosotros somos los que hemos sido sacados de la tierra de Egipto: si sin embargo hemos salido, si en el eremo estamos, si la tierra de la promesa deseamos ver. Si dejamos Sodoma, no miremos hacia Sodoma. Salvos somos en el monte, no deseemos las carnes egipcias, no digamos: ¡Qué bien nos iba en Egipto, cuando comíamos carnes en ollas, y ajos, y pepinos (Núm. XI)! ¿Quieres recibir los alimentos del Señor? ¿Quieres comer al mismo Señor Dios tuyo y salvador? Oye lo que diga: Dilata tu boca, y la llenaré. Dilatad vuestras bocas, él mismo es el Señor, y el pan. Él mismo nos exhorta a que comamos, y él mismo es nuestro alimento. Cuanto más dilatares, tanto recibirás. No está pues en mi potestad, sino en la tuya está. Si quisieres, todo me recibirás: si no quisieres, recibe al menos una parte.

Y no oyó mi pueblo mi voz. Yo estoy ante la puerta, y llamo. Quiero que abras e ingrese, y no quieres abrir (Apoc. VIII).

E Israel no me atendió: y los dejé según los deseos de su corazón, etc. Infeliz es quien por Dios no es corregido. Si alguien pecando no es golpeado, este es mísero. Por eso dice: Los dejé según los deseos de su corazón. Por eso los dejé: puesto que a menudo golpeé, y la disciplina no recibieron. Rogué, no oyeron: golpeé, no sintieron dolor. Los dejo en sus voluntades, para que saciados de sus vicios, o así hagan penitencia.

Si mi pueblo me hubiera oído. ¡Oh clementísimo Padre, oh misericordioso Dios! Rogó, y no fue oído: como airado deja al hijo lascivo. Otra vez lo ve perecer, y se duele, porque perece. ¿Y qué dice? Israel si en mis caminos hubiera andado, por nada, etc. ¿Acaso grande para mí era librarte de la tribulación? ¿Acaso no podía mi majestad enviar, y arrancarte del peligro? Pero porque te dejé al libre albedrío (libero arbitrio), y el estadio te propuse, y no se corona, sino quien haya luchado, por eso la victoria a tu arbitrio dejo (II Tim. II).

Inimici Domini mentiti sunt ei. In Hebraico melius habet: Inimici Domini negabunt eum, hoc est, Judaei: inimici enim ipsius negaverunt eum. Sed isti inimici qui negaturi sunt eum, ergo perient? ergo reliquiae non erunt? Et quomodo jurasti Abrahae, Isaac, et Jacob: quoniam semen ipsorum sit quasi stellae coeli et sicut arena maris? Quare promisisti patribus, et non reddis filiis? Inimici Domini negabunt eum. Sed quid dicit? Et erit tempus eorum in saeculum. Cum introierit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus fiet (Rom. XI). In futuro credent, modo non crediderunt. Nunc dicam ad Judaeos. Solent sibi applaudere, et dicere: Et erit tempus eorum in aeternum. Nos dicamus, verum est: crediturі enim sunt de Judaeis. Denique legimus in Apocalypsi Joannis, duodecim millia de singulis tribubus, hoc est, centum quadraginta quatuor millia creditura, et hoc dicitur virginum esse. Ubi autem virginum tantus numerus erit, non virginum quantus erit? Ergo et nos dicamus Judaeis, et non erit tempus vestrum in aeternum, hoc est, in futuro saeculo. Sed ad te qui hodie non credis, quid pertinet? Et erit tempus eorum in saeculum. Inimicorum Dei quale tempus erit.

Et cibavit eos ex adipe frumenti. Induxit eos in terram repromissionis: cibavit non manna ut in deserto, sed frumento quod cecidit, quod surrexit. Et cibavit illos ex adipe frumenti. Videte mysterium Scripturarum: Ex adipe frumenti. Frumentum adipes habet: numquid et intestina habuit? Sed voluit largitatem et pinguedinem gratiae spiritualis ostendere, et ideo adipes nominavit. Et de petra melle saturavit eos. Ipse frumentum est: ipse petra est, qui populum Israel satiavit aqua in deserto. Spiritualiter melle, et non aqua saturavit eum, ut quicumque crediderunt et acceperunt cibum, mel sentiant in ore suo. Quam dulcia faucibus meis eloquentia tua, super mel et favum ori meo (Psal. CXVIII)! Denique et Dominus noster post resurrectionem propterea favum comedit, et de petra melle saturatus est (Luc. XXIV). Ergo rem dico novam: Ipsa petra mel comedit, ut nobis mel tribueret, et dulcedinem, ut qui in Lege biberant myrrham, hoc est, amaritudinem: postea in Evangelio comedant mel Evangelii: cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

PSALMUS LXXXI.

Psalmus Asaph.

Iste psalmus hortatur, ut si volumus Dominum habitare nobiscum, ea semper quae illi sunt placita, faciamus.

Los enemigos del Señor le han mentido. En hebreo mejor se tiene: Los enemigos del Señor lo negarán, esto es, los judíos: pues los enemigos de él mismo lo negaron. ¿Pero estos enemigos que lo han de negar, entonces perecerán? ¿acaso las reliquias no serán? ¿Y cómo juraste a Abraham, Isaac y Jacob: que la simiente de ellos sea como las estrellas del cielo y como la arena del mar? ¿Por qué prometiste a los padres, y no devuelves a los hijos? Los enemigos del Señor lo negarán. ¿Pero qué dice? Y será el tiempo de ellos por el siglo (in saeculum). Cuando haya entrado la plenitud de las naciones, entonces todo Israel salvo se hará (Rom. XI). En el futuro creerán, ahora no han creído. Ahora diré a los judíos. Suelen aplaudirse a sí mismos, y decir: Y será el tiempo de ellos por la eternidad. Nosotros digamos, es verdad: pues han de creer de los judíos. Finalmente leemos en el Apocalipsis de Juan, doce mil de cada tribu, esto es, ciento cuarenta y cuatro mil que han de creer, y esto se dice que es de los vírgenes. Donde sin embargo de vírgenes tan gran número habrá, ¿de no vírgenes cuánto habrá? Por tanto también nosotros digamos a los judíos, y no será vuestro tiempo por la eternidad, esto es, en el futuro siglo. Pero para ti que hoy no crees, ¿qué pertenece? Y será el tiempo de ellos por el siglo. De los enemigos de Dios cuál tiempo será.

Y los alimentó con lo pingüe del trigo (adipe frumenti). Los introdujo en la tierra de la promesa: los alimentó no con maná como en el desierto, sino con el trigo que cayó, que resurgió. Y los alimentó con lo pingüe del trigo. Ved el misterio de las Escrituras: De lo pingüe del trigo. ¿El trigo tiene grasa: acaso tuvo también intestinos? Pero quiso la largueza y la pingüedumbre de la gracia espiritual mostrar, y por eso nombró las grasas. Y de la piedra con miel los sació. Él mismo es el trigo: él mismo es la piedra, que al pueblo de Israel sació con agua en el desierto. Espiritualmente con miel, y no con agua, lo sació, para que quienesquiera que creyeron y recibieron el alimento, miel sientan en su boca. ¡Cuán dulces a mis fauces tus elocuencias, sobre la miel y el panal a mi boca (Sal. CXVIII)! Finalmente también nuestro Señor después de la resurrección por eso comió panal, y de la piedra con miel fue saciado (Luc. XXIV). Por tanto digo una cosa nueva: La misma piedra miel comió, para que a nosotros miel nos tribuyera, y dulzura, para que quienes en la Ley habían bebido mirra, esto es, amargura: después en el Evangelio coman la miel del Evangelio: a quien es la gloria por los siglos de los siglos. Amén.

SALMO LXXXI.

Salmo de Asaf.

Este salmo exhorta a que, si queremos que el Señor habite con nosotros, hagamos siempre aquellas cosas que le son placenteras.

Deus stetit in synagoga deorum. Multa sunt schemata. Frequenter enim sedemus, interdum stamus, interdum jacemus, interdum currimus, interdum ambulamus, ita et Deus describitur pro varietate hominum, et status ipsius diversus inducitur. Si sancti sumus, et sumus similes Moysi, dicitur ad nos: Tu vero hic sta mecum (Exod. XVII). Hoc enim dixit Deus ad Moysen. Stabat enim Moyses super petram, propterea et Dominus stabat illi. Si vero prius sancti fuerimus, et postea peccatores: jam non nobis stat Deus, sed ambulat: hoc est, movetur de loco suo, qui nobis ante steterat. Postquam nos moti fuerimus, et ipse nobiscum pariter movetur. Denique et Adam quamdiu in paradiso fuit, et mandatum servavit, stabat ei Deus. Postquam vero transgressus est: audivit vocem Dei ambulantis in paradiso. Vis scire quia ambulabat ei Deus? Quid ei dixit? Adam, ubi es? Qui ante stantem Deum non fugerat, postea ambulantem fugit (Gen. V). Diximus de stante, diximus de ambulante, dicamus de sedente. Quandocumque sedens inducitur Deus, dupliciter inducitur. Aut quasi rex, aut quasi judex. Si quasi rex, videtur sicut Isaias: Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum (Isai. VI). Ibi quasi rex regnans inducitur. Quando vero quasi judex inducitur: throni positi sunt, et libri aperti sunt, ut in Daniele scriptum est: Quid dicitur? Throni positi sunt, et libri aperti sunt (Dan. VII): hoc est, Dominus quasi judex sessurus, et omnium opera relecturus. Libri qui modo complicati sunt, tunc aperientur. Omne quod facimus, quod loquimur, quod cogitamus, etiam de otioso verbo reddituri sumus rationem. Scriptum est in libris Dei. Putat aliquis libros esse in coelo, ubi scribuntur peccata nostra: Ego libros puto conscientias nostras, quae tunc aperientur, et videbit unusquisque quod fecit. Nil occultum quod non revelabitur. Propterea throni positi sunt, et libri aperti sunt. Quanta scripta sunt in libro meo, et ne fratri quidem meo, neque amico meo audeo confiteri. Sciunt angeli quid fecerim, sciunt archangeli: et ille qui videt omnia, ipse solus tacet: ut ego loquar, et ille mihi ignoscat. Sciunt angeli quid fecerim, sciunt Throni, sciunt Seraphim; scit Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Diximus de Deo, quod aliis stet, aliis ambulet, aliis vero sedeat: aut quasi Rex, aut quasi judex: aliis vero dormit. Si quando nos derelinquit tentationibus, licet simus sancti: tamen relinquimur tentationibus ut probemur: eo tempore nobis dormit Dominus. Denique quid dicit Psalmista: Exsurge, ut quid dormitas, Domine (Psal. XLIII)? Et apostoli, quando erant in navi, et navis fluctibus tundebatur, dormiebat eis Dominus: Propterea enim navis fluctibus tundebatur. Denique excitant eum, et evigilat, et statim tempestas quiescit (Marc. IV).

Dios estuvo en la sinagoga de los dioses. Muchos son los esquemas (schemata). Frecuentemente pues nos sentamos, a veces estamos de pie, a veces yacemos, a veces corremos, a veces caminamos, así también Dios es descrito según la variedad de los hombres, y su estado diverso es introducido. Si somos santos, y somos semejantes a Moisés, se nos dice: Tú de verdad aquí estáte conmigo (Éx. XVII). Pues esto dijo Dios a Moisés. Pues estaba Moisés sobre la piedra, por eso también el Señor estaba para él. Si de verdad antes hubiéramos sido santos, y después pecadores: ya no para nosotros está Dios, sino que camina: esto es, se mueve de su lugar, quien antes para nosotros había estado de pie. Después de que nosotros hayamos sido movidos, también él con nosotros paritariamente se mueve. Finalmente también Adán mientras estuvo en el paraíso, y el mandato guardó, estaba para él Dios. Pero después de que trasgredió: oyó la voz de Dios caminando en el paraíso. ¿Quieres saber que caminaba para él Dios? ¿Qué le dijo? Adán, ¿dónde estás? Quien antes de Dios que estaba de pie no había huido, después del que caminaba huyó (Gén. V). Hemos dicho del que está de pie, hemos dicho del que camina, digamos del que está sentado. Siempre que sentado es introducido Dios, doblemente es introducido. O como rey, o como juez. Si como rey, se ve como Isaías: Vi al Señor sentado sobre un trono excelso y elevado (Isa. VI). Allí como rey reinante es introducido. Cuando de verdad como juez es introducido: los tronos han sido puestos, y los libros abiertos, como en Daniel está escrito: ¿Qué se dice? Los tronos fueron puestos, y los libros abiertos (Dan. VII): esto es, el Señor como juez que ha de sentarse, y las obras de todos ha de releer. Los libros que ahora están plegados, entonces se abrirán. Todo lo que hacemos, lo que hablamos, lo que pensamos, incluso de la palabra ociosa hemos de rendir razón. Escrito está en los libros de Dios. Piensa alguno que los libros están en el cielo, donde se escriben nuestros pecados: Yo los libros pienso que son nuestras conciencias, que entonces se abrirán, y verá cada uno lo que hizo. Nada oculto que no será revelado. Por eso los tronos han sido puestos, y los libros abiertos. Cuántas cosas están escritas en mi libro, y ni siquiera a mi hermano, ni a mi amigo me atrevo a confesar. Saben los ángeles lo que hice, saben los arcángeles: y aquel que ve todo, él solo calla: para que yo hable, y él me perdone. Saben los ángeles lo que hice, saben los Tronos, saben los Serafines; sabe el Padre, y el Hijo, y el Espíritu Santo. Hemos dicho de Dios, que para unos está de pie, para otros camina, para otros de verdad se sienta: o como Rey, o como juez: para otros de verdad duerme. Si alguna vez nos deja a las tentaciones, aunque seamos santos: sin embargo somos dejados a las tentaciones para que seamos probados: en aquel tiempo para nosotros duerme el Señor. Finalmente ¿qué dice el Salmista? Exsurge, ¿por qué duermes, Señor? (Sal. XLIII). Y los apóstoles, cuando estaban en la nave, y la nave por las olas era golpeada, dormía para ellos el Señor: Pues por eso la nave por las olas era golpeada. Finalmente lo despiertan, y despierta, y al instante la tempestad se aquieta (Mar. IV).

Diximus de quatuor schematibus Dei: quia aliis stet, aliis ambulet, aliis sedeat, et aliis quasi dormiat: aliis vero evigilat et consurgit. Deus stetit in synagoga deorum. Quia dii erant, propterea stabat ei Deus. In qua synagoga nostra, diversa Deus habet schemata: aliis stat, aliis sedet, aliis ambulat, aliis dormit. Cum ipse sit immutabilis, pro nostra varietate mutatur. Vide hominis dignitatem. Deus stetit in synagoga deorum. Largitur nobis nomen, ut largiatur et meritum. In medio autem deos dijudicat. Quasi imperator in medio exercitus dijudicat. Deus deos dijudicat. Res formidabilis, res terroris plena. Si deos dijudicat, de peccatore quid facit? Duos istos versiculos quasi propheta dixit; hoc vero quod sequitur:

Usquequo judicatis iniquitatem? Ipse Deus loquitur ad judices, hoc est, ad principes populi. Specialiter isti versiculi qui sequuntur, ad judices dicuntur. Si saeculi judices, manifestum est. Si vero Ecclesiae judices, de episcopis intelligamus atque presbyteris. Usquequo judicatis iniquitatem? Qui judicat iniquitatem, judex iniquitatis est. Ille erat judex iniquitatis, de quo dicitur in Evangelio: qui Dominum non timebat, et hominem non reverebatur. Usquequo judicatis iniquitatem? Dedi vobis potestatem in gregem meum, et in populum Dei: debetis judices esse, et non lupi. Et facies peccatorum sumitis. Judicate egeno et pupillo, humilem et pauperem justificate. Eripite pauperem, et egenum, etc. Quando venerit ad vos judicium, non consideratis causam, non consideratis judicium, sed personnas eorum qui habent causas. Ac si dicat: Si venerit pauper, habens justum negotium, et venerit dives, habens malum negotium: vos personam aspicitis, non negotium. Hoc interim secundum unam interpretationem. Caeterum est et alia interpretationatio sacratior. Solet in theatris unus homo frequenter diversas habere personas: nunc ingreditur in mulierem, nunc in virum, nunc in regem, et qui in regem processerat, rursum in servo procedit. Dixi exemplum, ut de carnali venire possimus ad spirituale. Et nos diversas personas accipimus. Quando enim irascor, personam leonis assumo. Quando res alienas rapio, lupi personam assumo. Quando vero crudelis sum et interficio, assumo personam crudelis. Sed quomodo qui sunt peccatores, in peccatis habent diversas personas, sic econtrario qui sancti sunt, habent et ipsi diversas personas, sed in bono. Quando eleemosynam facio, habeo personam quasi elementis. Quando vero bene judico, habeo personam boni judicis. Quando vero injuriam patior, et humilis sum, habeo personam humilis. Infelix est, qui plures in malo habet personas. Felix est, qui diversas personas habet in bono.

Hemos dicho de los cuatro esquemas de Dios: que para unos esté de pie, para otros camine, para otros se siente, y para otros como si durmiera: para otros de verdad despierta y se levanta. Dios estuvo en la sinagoga de los dioses. Porque dioses eran, por eso estaba para él Dios. En esta nuestra sinagoga, diversos esquemas tiene Dios: para unos está de pie, para otros se sienta, para otros camina, para otros duerme. Aunque él mismo sea inmutable, por nuestra variedad se muda. Mira la dignidad del hombre. Dios estuvo en la sinagoga de los dioses. Nos otorga el nombre, para que nos otorgue también el mérito. Pero en medio a los dioses juzga. Como un emperador en medio del ejército juzga. Dios a los dioses juzga. Cosa formidable, cosa llena de terror. Si a los dioses juzga, ¿del pecador qué hace? Estos dos versículos como profeta los dijo; pero esto que sigue:

¿Hasta cuándo juzgáis la iniquidad? Dios mismo habla a los jueces, esto es, a los príncipes del pueblo. Especialmente estos versículos que siguen, a los jueces se dicen. Si jueces del siglo, es manifiesto. Si de verdad jueces de la Iglesia, de los obispos entendamos y de los presbíteros. ¿Hasta cuándo juzgáis la iniquidad? Quien juzga la iniquidad, juez de iniquidad es. Aquel era el juez de iniquidad, de quien se dice en el Evangelio: que al Señor no temía, y al hombre no reverenciaba. ¿Hasta cuándo juzgáis la iniquidad? Os di potestad sobre mi grey, y sobre el pueblo de Dios: debéis ser jueces, y no lobos. Y las caras de los pecadores aceptáis. Juzgad para el necesitado y el huérfano (pupillo), al humilde y al pobre justificad. Arrancad al pobre, y al necesitado, etc. Cuando viniere a vosotros el juicio, no consideráis la causa, no consideráis el juicio, sino las personas de aquellos que tienen las causas. Como si dijera: Si viniere un pobre, teniendo un negocio justo, y viniere un rico, teniendo un negocio malo: vosotros a la persona miráis, no al negocio. Esto entretanto según una interpretación. Por lo demás hay también otra interpretación más sagrada. Suele en los teatros un hombre frecuentemente diversas tener personas (máscaras): ahora ingresa como mujer, ahora como varón, ahora como rey, y quien como rey había salido, de nuevo como siervo sale. He dicho el ejemplo, para que de lo carnal podamos venir a lo espiritual. Y nosotros diversas personas recibimos. Pues cuando me aíro, la persona del león asumo. Cuando las cosas ajenas rapto, la persona del lobo asumo. Cuando de verdad soy cruel y mato, asumo la persona del cruel. Pero así como los que son pecadores, en los pecados tienen diversas personas, así al contrario los que son santos, tienen también ellos mismos diversas personas, pero en el bien. Cuando hago limosna (eleemosynam), tengo la persona como clemente. Cuando de verdad bien juzgo, tengo la persona del buen juez. Cuando de verdad una injuria padezco, y soy humilde, tengo la persona del humilde. Infeliz es quien muchas en el mal tiene personas. Feliz es quien diversas personas tiene en el bien.

Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Qui? Mali judices. Quos ego deos vocabam, vitio suo mali appellati sunt. Nescierunt me, neque intellexerunt judicium meum: in tenebris ambulant. Quia dereliquerunt lucem: propterea in tenebris ambulant. Ego dixi: vos estis lux mundi, et vos declinastis a luce, et facti estis tenebrae. Quia ergo hoc fecerunt, videamus quid sequitur. Movebuntur omnia fundamenta terrae. Videte, principes mali qualem habent retributionem. Propter malos judices, terrae fundamenta quatiuntur. Hoc interim diximus primum secundum litteram: quoniam totius orbis concussio propter malos principes venit. Dicamus autem et aliter: Movebuntur omnia fundamenta terrae. Ego malos judices, qui fundamenta posuerunt in terram, et non in coelum, subvertam: qui debuerunt fundamentum habere Christum, quem posuit architectus Paulus: et noluerunt, sed in terram posuerunt fundamenta sua.

Ego dixi, dii estis, et filii excelsi omnes. Audiat Eunomius, audiat Arius, qui dicunt Filium Dei similiter esse filium, ut nos sumus. Quod dii sumus, non est naturae, sed gratiae. Quotquot enim eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri (Joan. I). Propterea feci hominem, ut de hominibus dii fiant. Ego dixi, dii estis, et filii excelsi omnes. Videte quanta sit dignitas, et dii vocamur et filii. Ego feci vos deos, sicut feci Moysen Pharaonis Deum (Exod. VII): ut postquam dii fueritis, digni efficiamini filii mei. Considerate Scripturam divinam: Non est personarum acceptio apud Deum. Non dixit: Ego dixi, dii estis, reges et principes, sed omnes quibus aequaliter corpus dedi, et animam, et spiritum: aequaliter donavi, et deitatem, et adoptionem. Aequaliter omnes nascimur, et imperatores, et pauperes: aequaliter et morimur. Aequalis enim conditio est.

Vos autem sicut homines moriemini. Videtis ergo quoniam qui homo est, moritur. Deus enim non moritur. Et Adam quamdiu servabat praeceptum, et Deus fuit, non mortuus est. Postquam vero gustavit de arbore illicita, statim mortuus est. Denique dicit ei Deus: In quacumque die gustaveris, morte morieris (Gen. II). Melius habet in Hebraeo: Vos autem sicut Adam moriemini. Sicut ille ejectus est de paradiso, sic et nos ejecti sumus. Et sicut unus de principibus cadetis. Quoniam dixerat: Filii excelsi omnes, non potest filius esse excelsi, nisi et ipse excelsus fuerit.

No conocieron ni entendieron, en tinieblas andan. ¿Quiénes? Los malos jueces. A los que yo dioses llamaba, por su vicio malos son llamados. No me conocieron, ni entendieron mi juicio: en tinieblas andan. Porque abandonaron la luz: por eso en tinieblas andan. Yo dije: vosotros sois la luz del mundo, y vosotros declinasteis de la luz, y os habéis hecho tinieblas. Porque pues esto hicieron, veamos qué sigue. Se moverán todos los fundamentos de la tierra. Ved, los príncipes malos qué clase de retribución tienen. Por causa de los malos jueces, los fundamentos de la tierra se sacuden. Esto entretanto dijimos primero según la letra: puesto que la concusión de todo el orbe por causa de los malos príncipes viene. Digamos sin embargo también de otro modo: Se moverán todos los fundamentos de la tierra. Yo a los malos jueces, que los fundamentos pusieron en la tierra, y no en el cielo, subvertiré: quienes debieron tener por fundamento a Cristo, al cual puso el arquitecto Pablo: y no quisieron, sino en la tierra pusieron sus fundamentos.

Yo dije, dioses sois, y hijos del Excelso todos. Oiga Eunomio, oiga Arrio, que dicen que el Hijo de Dios similarmente es hijo, como nosotros somos. Que dioses seamos, no es de la naturaleza, sino de la gracia. Cuantos pues lo recibieron, les dio potestad de hacerse hijos de Dios (Juan I). Por eso hice al hombre, para que de los hombres dioses se hagan. Yo dije, dioses sois, y hijos del Excelso todos. Ved cuán grande sea la dignidad, y dioses somos llamados y hijos. Yo os hice dioses, como hice a Moisés dios de Faraón (Éx. VII): para que después de que hayáis sido dioses, dignos seáis hechos hijos míos. Considerad la Escritura divina: No hay acepción de personas ante Dios. No dijo: Yo dije, dioses sois, reyes y príncipes, sino todos a quienes igualmente el cuerpo di, y el alma, y el espíritu: igualmente doné, y la deidad y la adopción. Igualmente todos nacemos, e imperadores y pobres: igualmente también morimos. Pues igual es la condición.

Pero vosotros como hombres moriréis. Veis por tanto que quien es hombre, muere. Pues Dios no muere. Y Adán mientras guardaba el precepto, y fue Dios, no murió. Pero después de que gustó del árbol ilícito, al instante murió. Finalmente, le dice Dios: En cualquier día que hubieres gustado, de muerte morirás (Gén. II). Mejor dice en el hebreo: Pero vosotros como Adán moriréis. Como aquel fue echado del paraíso, así también nosotros fuimos echados. Y como uno de los príncipes caeréis. Puesto que había dicho: Hijos del Excelso todos, no puede ser hijo del Excelso, si no fuere también él mismo excelso.

Ego dixi, ut omnes vos excelsi sitis, ut ego excelsus sum. Vos vero sicut unus de principibus cadetis. Quoniam excelsi eramus, propterea cecidisse dicimur. Ubi sunt qui dicunt diabolum, diabolum esse factum? Ubi sunt qui dicunt malam naturam a Deo creatam? Secundum Hebraeum hic duo dicuntur: Vos autem sicut Adam moriemini. Sicut Pater vester noluit audire praeceptum Domini, et cecidit: ita et vos moriemini. Ergo illud de Adam dictum est. Hoc vero quod sequitur: Et sicut unus de principibus cadetis, quis est iste unus de principibus qui cecidit? Si volueris dicere Adam, jam in superioribus versiculis dictum est: Vos autem sicut Adam moriemini. Simulque videte significantiam verbi: Vos autem sicut Adam moriemini. Quoniam Adam mortuus est, et nos morimur. Diabolus vero qui princeps fuit et cecidit, non mortuus est. Neque enim potest angelica dignitas mortem recipere, sed tantum ruinam. Idcirco dixit: Sicut unus de principibus cadetis. Quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur: Et ecce, et hic cecidit, et ibi cecidit. Propterea cecidit, quia semper in coelestibus versabatur. Iste est cui dicitur in Ezechiel: Tu es resignaculum similitudinis (Ezech. XXVIII). Videte quid dicat: Resignaculum similitudinis. Non dixit: tu es signaculum similitudinis: sed resignaculum similitudinis. Signaverat te, Deus, et similem sibi fecerat. Tu vero postea resignasti te ad similitudinem et imaginem Dei, et tu conditus es. Denique dicitur in ipsa prophetia: In medio Cherubim nutritus es: inter lapides jaspidis et carbunculi fuisti in paradiso Dei, et cecidisti, inquit, et a monte Dei vulneratus es. Iste est princeps Tyri ex eo tempore quo cecidit; siquidem Tyrus lingua Hebraea dicitur Sor (): hoc est, tribulatio. Ergo et iste princeps qui primo erat in coelo: nunc factus est princeps Tyri, hoc est tribulationis istius saeculi. Sicut unus de principibus cadetis. Quando dicit, sicut unus, ostendit esse et alios. Legite Apocalypsim Joannis: Draco quando de coelo cecidit, tertiam partem stellarum secum duxit (Apoc. XII). Hucusque Deus locutus est ad homines, et rursum per prophetam loquitur.

Surge, Deus, judica terram. Surge, quia navis nostra fluctibus tunditur. Surge: Deus, judica terram: quoniam mali judices non judicant, sed evertunt legem tuam, et pecora tua lacerant. Tu surge, qui verus judex es. Quia ergo mali judices mortui sunt sicut Adam et ceciderunt sicut unus de principibus: propterea tu surge, tu judica, tu salva creaturam tuam. Mercenarius enim cum lupum viderit, fugit (Joan. X), relinquit oves: non potest ita dolere alieno, quomodo dolet patri et matri. Dicamus et aliter: Surge, qui pro nobis passus es, pro nobis mortuus es: surge, et salva nos.

Yo dije, para que todos vosotros seáis excelsos, como yo soy excelso. Pero vosotros en verdad como uno de los príncipes caeréis. Puesto que éramos excelsos, por eso se dice que hemos caído. ¿Dónde están los que dicen que el diablo fue hecho diablo? ¿Dónde están los que dicen que una naturaleza mala fue creada por Dios? Según el hebreo aquí se dicen dos cosas: Pero vosotros como Adán moriréis. Como vuestro padre no quiso oír el precepto del Señor, y cayó: así también vosotros moriréis. Por tanto aquello fue dicho sobre Adán. Pero esto que sigue: Y como uno de los príncipes caeréis, ¿quién es este uno de los príncipes que cayó? Si quisieres decir Adán, ya en los versículos superiores fue dicho: Pero vosotros como Adán moriréis. Y a la vez ved la significancia de la palabra: Pero vosotros como Adán moriréis. Puesto que Adán murió, también nosotros morimos. Pero el diablo que fue príncipe y cayó, no murió. Pues ni puede la dignidad angélica recibir la muerte, sino solo la ruina. Por eso dijo: Como uno de los príncipes caeréis. Cómo cayó lucifer que por la mañana nacía: Y he aquí, y aquí cayó, y allí cayó. Por eso cayó, porque siempre en las cosas celestiales versaba. Este es a quien se dice en Ezequiel: Tú eres el contrasello de la semejanza (Ezech. XXVIII). Ved qué dice: Contrasello de la semejanza. No dijo: tú eres el sello de la semejanza: sino el contrasello de la semejanza. Te había sellado, Dios, y semejante a sí te había hecho. Tú en verdad después te des-sellaste de la semejanza e imagen de Dios, y tú fuiste fundado. Finalmente se dice en la misma profecía: En medio de los Querubines fuiste nutrido: entre las piedras de jaspe y de carbunclo estuviste en el paraíso de Dios, y caíste, dice, y por el monte de Dios fuiste vulnerado. Este es el príncipe de Tiro desde aquel tiempo en que cayó; pues Tiro en lengua hebrea se llama Sor: esto es, tribulación. Por tanto también este príncipe que primero estaba en el cielo: ahora ha sido hecho príncipe de Tiro, esto es, de la tribulación de este siglo. Como uno de los príncipes caeréis. Cuando dice, como uno, muestra que hay también otros. Leed el Apocalipsis de Juan: El dragón cuando cayó del cielo, la tercera parte de las estrellas llevó consigo (Apoc. XII). Hasta aquí Dios ha hablado a los hombres, y de nuevo habla por el profeta.

Levántate, Dios, juzga la tierra. Levántate, porque nuestra nave es golpeada por las olas. Levántate: Dios, juzga la tierra: porque los malos jueces no juzgan, sino que subvierten tu ley, y a tus ovejas despedazan. Levántate tú, que eres el verdadero juez. Puesto que pues los malos jueces han muerto como Adán y han caído como uno de los príncipes: por eso levántate tú, juzga tú, salva tú a tu criatura. Pues el mercenario cuando ve al lobo, huye (Juan X), deja las ovejas: no puede dolerse así de lo ajeno, como se duele el padre y la madre. Digamos también de otro modo: Levántate, tú que por nosotros padeciste, por nosotros moriste: levántate, y sálvanos.

Dicamus aliter: Qui venisti humilis et contemptus, veni quasi judex et vindica nos. Surge, Deus, judica terram. Videte significantiam proprietatesque sermonum. Non dixit: judica coelum, sed terram. Ergo terra judicatur, non coelum. Si ergo terra judicatur, et non coelum, ergo in coelo peccata non fiunt; si autem fierent in coelo peccata, diceret: Surge, Deus, judica terram, et coelum. Et videte clementiam prophetiae. Non dixit, interfice terram: sed judica, et salva. Non dixit, judica per angelos, judica per ministros tuos. Illi enim si judicaverint, non possunt misereri, quia exsecutores sunt sententiae tuae. Tu vero si judicaveris, poteris ipse misereri. Surge, Deus, judica terram. Imperator potest suam mutare sententiam: praefectus non potest. Propterea te judicem deprecamur, non contemnentes, sed precantes. Homines etenim et angeli ad comparationem tui crudeles sunt. Tu solus mitissimus judex es. Vultis scire quoniam Deus clemens est judex, et omnis homo crudelis est? Dormiente patrefamilias inimicus homo zizania superseminavit. Servi volunt evellere, et dicit paterfamilias: Dimittite ut simul crescant: ne cum zizania de frumento evellitis, eradicetis simul et triticum (Matt. XIII). Quoniam tu haereditabis in omnibus gentibus. Propterea te judicem deprecamur, quia omnibus gentibus misertus es. Quare non dixit, tu possidebis omnes gentes; sed, tu haereditabis? Ubicumque haereditas ponitur, ibi mors ante praecessit. Propterea haeredes et cohaeredes dicimur. Haeredes dixit Christi, quia pro nobis mortuus est. Cohaeredes, quia nobiscum regnaturus est. Tu haereditabis: Misisti enim servos tuos, revertamur ad apostolos, alium in circumcisionem, alium in gentes. Quamdiu Moysen miseras, quamdiu Isaiam, quamdiu Jeremiam, quamdiu alios prophetas: notus erat in Judaea Deus, in Israel magnum nomen ejus. In modica terra nominis Dei notitia ferebatur. Misisti Petrum piscatorem, qui dimiserat rete, qui ab opere callosam habebat manum. Non misisti oratorem, non misisti philosophum: Misisti hominem rusticanum, hominem piscatorem. Iste piscator, iste rusticanus de Jerosolyma perrexit Romam, et rusticanus cepit Romam quam eloquentes capere non potuerunt. Rursum ivit Paulus apostolus, et de Jerosolyma praedicavit usque in Illyricum, et praedicavit, ubi non erat praedicatum Evangelium, ne super alienum fundamentum poneret aedificium (Rom. XV). Deinde dicit, quod de urbe Roma iret ad Hispaniam. Videte Paulum persecutorem, qui in Judaea fuerat persecutor, praedicat gentibus. Ubi sunt qui praedicant Alexandrum Magnum Macedonum imperatorem, quod in brevi spatio vicerit tantas gentes? Habuit exercitum, habuit et ingentes turbas, et non tale aliquid potuit, sed modicum quiddam.

Digamos de otro modo: Tú que viniste humilde y despreciado, ven como juez y vícianos. Levántate, Dios, juzga la tierra. Ved la significancia y las propiedades de las palabras. No dijo: juzga el cielo, sino la tierra. Por tanto la tierra es juzgada, no el cielo. Si por tanto la tierra es juzgada, y no el cielo, por tanto en el cielo los pecados no se hacen; si sin embargo se hicieran en el cielo pecados, diría: Levántate, Dios, juzga la tierra, y el cielo. Y ved la clemencia de la profecía. No dijo, mata a la tierra: sino juzga, y salva. No dijo, juzga por los ángeles, juzga por tus ministros. Pues ellos si juzgaren, no pueden compadecerse, porque son ejecutores de tu sentencia. Tú en verdad si hubieres juzgado, podrás tú mismo compadecerte. Levántate, Dios, juzga la tierra. El emperador puede cambiar su sentencia: el prefecto no puede. Por eso te rogamos como juez, no despreciando, sino rogando. Pues los hombres y los ángeles en comparación contigo son crueles. Tú solo eres el juez más mitigado. ¿Queréis saber que Dios es juez clemente, y todo hombre es cruel? Durmiendo el padre de familia un hombre enemigo sobresembró cizaña. Los siervos quieren arrancarla, y dice el padre de familia: Dejad que a la vez crezcan: no sea que cuando arrancáis la cizaña del trigo, erradiquéis a la vez también el trigo (Mat. XIII). Porque tú heredarás en todas las gentes. Por eso te rogamos como juez, porque de todas las gentes te compadeciste. ¿Por qué no dijo, tú poseerás todas las gentes; sino, tú heredarás? Dondequiera que la herencia se pone, allí la muerte antes precedió. Por eso herederos y coherederos somos llamados. Herederos dijo de Cristo, porque por nosotros murió. Coherederos, porque con nosotros ha de reinar. Tú heredarás: Pues enviaste a tus siervos, volvamos a los apóstoles, a uno a la circuncisión, a otro a las gentes. Mientras habías enviado a Moisés, mientras a Isaías, mientras a Jeremías, mientras a otros profetas: conocido era en Judea Dios, en Israel grande era su nombre. En una módica tierra la noticia del nombre de Dios se llevaba. Enviaste a Pedro el pescador, que había dejado la red, que por el trabajo tenía callosa la mano. No enviaste a un orador, no enviaste a un filósofo: Enviaste a un hombre rústico, un hombre pescador. Este pescador, este rústico de Jerusalén marchó a Roma, y el rústico tomó Roma, la cual los elocuentes no pudieron tomar. De nuevo fue Pablo el apóstol, y desde Jerusalén predicó hasta en Ilírico, y predicó donde no había sido predicado el Evangelio, para no poner sobre ajeno fundamento el edificio (Rom. XV). Después dice, que de la ciudad de Roma iría a España. Ved a Pablo el perseguidor, que en Judea había sido perseguidor, predica a las gentes. ¿Dónde están los que predican a Alejandro Magno, imperador de los macedonios, que en breve espacio de tiempo venció a tantas gentes? Tuvo ejército, tuvo también ingentes turbas, y no tal cosa pudo, sino una cierta cosa módica.

Iste vero Paulus quondam persecutor fuit, qui dicebat: Et si imperitus sum sermone, non tamen scientia (I Cor. XI). Qui soloecismos facit in loquendo, crucem Christi portat, et quasi triumphans omnes capit. Totum orbem subegit ab Oceano usque in mare Rubrum. Dicat aliquis: hoc totum lucri causa fecerunt. Hoc enim dicit Porphyrius: Homines rusticani et pauperes, quoniam nihil habebant, magicis artibus operati sunt quaedam signa. Non est autem grande facere signa. Nam fecere signa in Aegypto magi contra Moysen (Exod. VII). Fecit et Apollonius, fecit et Apuleius. Infiniti signa fecerunt. Concedo tibi, Porphyri, magicis artibus signa fecerunt, ut divitias acciperent a divitibus mulierculis, quas induxerant: hoc enim tu dicis. Quare mortui sunt? Quare crucifixi? Hicere et alii signa magicis artibus, sed pro homine mortuo non sunt mortui, pro homine crucifixo non sunt crucifixi. Sciunt isti hominem esse mortuum, et moriuntur sine causa? Felix ergo nostra victoria, quae in sanguine apostolorum dedicata est. Fides nostra non probatur, nisi per illorum sanguinem. Benedicamus ergo Deum, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

PSALMUS LXXXII.

Canticum psalmi Asaph.

Iste psalmus vocem prophetae continet collaudantis Deum. Ait ergo:

Deus, quis similis erit tibi? Quia nullus est similis tui: nullum alium auctorem, nisi te quaerimus. Ne taceas, neque compescaris, Deus. Nos tacemus, tu pro nobis loquere. Justi vox est quae dicit: Neque compescaris, Deus. De justitia sua securus est.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Possumus secundum tropologiam de Ecclesia interpretari et haeresibus. Possumus autem secundum litteram interpretari de populo Judaeorum, et de caeteris gentibus, quae in circuitu expugnant Judaeam. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Vocem et detractionem adversariorum sonitum voluit appellare. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Videte quid dicat: Sonuerunt, hoc est, quasi cymbalum tinniens, sic sonuerunt auribus meis. Sonus proprie dicitur, cum auditur tantummodo sonus, et vox non intelligitur. Ergo quod dicit, hoc est: Illi quidem loquebantur, et quasi volebant me arguere: caeterum ego non quasi vocem, sed quasi sonum audiebam. Et qui oderunt te, extulerunt caput. Videte quid dicat: Ergo qui elevat caput, odit Deum. Superbis enim Dominus resistit: humilibus autem dat gratiam (Jacob. IV, et I Petr. V). Et qui oderunt te, extulerunt caput. Si causam habes contra aliquem: si tibi detrahit frater tuus, et tu es humilis pro Christo, et ille superbus propter diabolum, tu imitaris eum qui dicit: Discite a me, quia mitis sum et humilis corde (Matt. XI).

Este Pablo en verdad en otro tiempo fue perseguidor, el cual decía: Y si soy imperito en el habla, sin embargo no en la ciencia (II Cor. XI). Quien hace solecismos al hablar, la cruz de Cristo lleva, y como triunfante a todos captura. Todo el orbe subyugó desde el Océano hasta el mar Rojo. Diga alguien: todo esto por causa de lucro lo hicieron. Pues esto es lo que dice Porfirio: Hombres rústicos y pobres, puesto que nada tenían, por artes mágicas operaron ciertos signos. No es sin embargo grande hacer signos. Pues hicieron signos en Egipto los magos contra Moisés (Éx. VII). Hizo también Apolonio, hizo también Apuleyo. Infinitos signos hicieron. Te concedo, Porfirio, por artes mágicas signos hicieron, para recibir riquezas de mujercillas ricas, a las cuales habían inducido: pues esto tú dices. ¿Por qué murieron? ¿Por qué fueron crucificados? Hicieron también otros signos por artes mágicas, pero por un hombre muerto no han muerto, por un hombre crucificado no han sido crucificados. ¿Saben estos que el hombre está muerto, y mueren sin causa? Feliz por tanto nuestra victoria, la cual en la sangre de los apóstoles fue dedicada. Nuestra fe no se prueba, sino por la sangre de ellos. Bendigamos por tanto a Dios, a quien es la gloria por los siglos de los siglos. Amén.

SALMO LXXXII.

Cántico del salmo de Asaf.

Este salmo contiene la voz del profeta colaudando a Dios. Dice pues:

Dios, ¿quién será semejante a ti? Porque ninguno es semejante a ti: a ningún otro autor, sino a ti buscamos. No calles, ni te contengas, Dios. Nosotros callamos, tú por nosotros habla. Es voz del justo la que dice: Ni te contengas, Dios. De su justicia seguro está.

Porque he aquí que tus enemigos han resonado. Podemos según la tropología sobre la Iglesia interpretar y las herejías. Podemos sin embargo según la letra interpretar sobre el pueblo de los judíos, y sobre las demás naciones, que en el circuito expugnan a Judea. Porque he aquí que tus enemigos han resonado. La voz y la detracción de los adversarios sonido quiso llamar. Porque he aquí que tus enemigos han resonado. Ved qué dice: Resonaron, esto es, como címbalo que retiñe, así resonaron en mis oídos. Sonido propiamente se dice, cuando se oye solamente el sonido, y la voz no se entiende. Por tanto lo que dice, es esto: Ellos por cierto hablaban, y como si quisieran argüirme: por lo demás yo no como voz, sino como sonido oía. Y los que te odiaron, alzaron la cabeza. Ved qué dice: Por tanto el que eleva la cabeza, odia a Dios. Pues a los soberbios el Señor resiste: pero a los humildes da la gracia (Sant. IV, y I Ped. V). Y los que te odiaron, alzaron la cabeza. Si causa tienes contra alguno: si de ti detracta tu hermano, y tú eres humilde por Cristo, y él soberbio por el diablo, tú imitas a aquel que dice: Aprended de mí, que soy manso y humilde de corazón (Mat. XI).

Ille autem qui erigitur, illum imitatur qui dicit: In coelum ascendam, super sidera coeli ponam thronum meum, ero similis Altissimo (Isai. XIV). Et qui oderunt te, extulerunt caput.

Super populum tuum malignaverunt consilium. Sufficit alicui, si populus Dei sit. Cogitaverunt adversus sanctos tuos. Hoc interpretatione non indiget. Legisse, intellexisse est.

Dixerunt, venite et disperdamus eos de gente. Et non sit gens, quia populus Dei est. Et non memoretur nomen Israel ultra. Non memoretur hic, qui sensu videat Deum.

Quoniam cogitaverunt unanimiter simul. Infelices nos: Infelix populus Dei, non potest in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo. Adversus te testamentum disposuerunt tabernacula Idumaeorum et Ismaelitae: Moab Agareni, Gebal, et Amon et Amalec, alienigenae cum habitantibus Tyrum: etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adjutorium Lot. Undecim sunt qui pugnant adversus sanctum. Quoniam ergo pugnaverunt contra sanctos, ad perfectum numerum, id est, duodecimum, venire non potuerunt.

Tabernacula Idumaeorum. Non habent domus fundamentum, sed tabernacula quae cito pertranseunt. Idumaea dupliciter interpretatur, aut sanguinea, aut terrena. Videte ergo qui pugnant adversus sanctos. Tabernacula Idumaeorum, terreni et Ismaelitae interpretantur, obedientes sibi, hoc est, quodcumque cor habuerit, et mala cogitatio, statim faciunt. Propterea dicitur in Ezechiele: Fili hominis, loquere adversus prophetas, qui sequuntur cor suum, et quodcumque impellit cogitatio, faciunt (Ezech. XIII). Nos autem non debemus sequi cogitationem nostram, nec dici Ismaelitae, hoc est obedientes sibi, sed Ismael, hoc est, obedientes Deo. Moab, ex patre, hoc est, recedentes a Deo Patre. Agareni, proselyti. Qui cum deberent esse habitatores Dei, proselyti facti sunt. Gebal interpretatur, vallis vana. Ge, dicitur vallis. Bal vero interpretatur, vana. Isti ergo qui contra Dei populum sunt, non sunt de monte, sed de valle vana. Et Ammon interpretatur, populus turbidus: hoc est, qui confidunt in multitudine, et non in simplicitate. Amalec, interpretatur lingens terram. Quicumque enim pugnant adversus populum Dei, non comedunt coelestem panem, sed lingunt terram sicut serpens. Alienigenae. Ubi dicitur, alienigenae, in Hebraeo habet Philistiim. Philistiim vero interpretantur, cadentes potione: hoc est, qui inebriati sunt de calice diaboli, et inebriati ceciderunt. Cum habitantibus Tyrum. Tyrus lingua Hebraea dicitur Sor, quod interpretatur, tribulatio et angustia. Qui debuerant esse peregrini in isto saeculo, facti sunt habitatores. Isti ergo qui expugnant populum Dei, habitant in Sor, hoc est, in angustia et tribulatione animae suae.

Aquel sin embargo que se erige, imita a aquel que dice: Al cielo subiré, sobre los astros del cielo pondré mi trono, seré semejante al Altísimo (Isa. XIV). Y los que te odiaron, alzaron la cabeza.

Sobre tu pueblo malignaron el consejo. Basta a alguien, si pueblo de Dios sea. Pensaron contra tus santos. Esto de interpretación no necesita. Haberlo leído, haberlo entendido es.

Dijeron, venid y los dispersemos de ser nación. Y no sea nación, porque pueblo de Dios es. Y no se mencione el nombre de Israel más. No se mencione aquí, quien por el sentido vea a Dios.

Porque pensaron unánimemente a la vez. Infelices nosotros: Infeliz el pueblo de Dios, no puede en el bien tener tanta concordia, cuanta los malos tienen en el mal. Contra ti un testamento dispusieron las tiendas de los idumeos y los ismaelitas: Moab y los agarenos, Gebal, y Amón y Amalec, los extranjeros con los habitantes de Tiro: pues de hecho Asur vino con ellos, fueron hechos en ayuda de Lot. Once son los que luchan contra el santo. Puesto que por tanto lucharon contra los santos, al número perfecto, esto es, el duodécimo, llegar no pudieron.

Las tiendas de los idumeos. No tienen fundamento de casa, sino tiendas que pronto pasan. Idumea doblemente se interpreta, o sanguínea, o terrena. Ved pues quiénes luchan contra los santos. Las tiendas de los idumeos, los terrenos; y los ismaelitas se interpretan, obedientes a sí mismos, esto es, lo que sea que el corazón tenga, y el mal pensamiento, al instante lo hacen. Por eso se dice en Ezequiel: Hijo de hombre, habla contra los profetas que siguen su corazón, y lo que sea que el pensamiento impulsa, hacen (Ezech. XIII). Nosotros sin embargo no debemos seguir nuestro pensamiento, ni ser llamados ismaelitas, esto es, obedientes a sí mismos, sino Ismael, esto es, obedientes a Dios. Moab, del padre, esto es, recediendo de Dios Padre. Los agarenos, prosélitos. Quienes cuando debieran ser habitantes de Dios, prosélitos fueron hechos. Gebal se interpreta, valle vano. Ge, se dice valle. Bal en verdad se interpreta, vana. Estos pues que contra el pueblo de Dios están, no son del monte, sino del valle vano. Y Amón se interpreta, pueblo turbio: esto es, los que confían en la multitud, y no en la simplicidad. Amalec, se interpreta lamiendo la tierra. Quienquiera pues lucha contra el pueblo de Dios, no come el pan celestial, sino lame la tierra como la serpiente. Extranjeros. Donde se dice, extranjeros, en el hebreo tiene Filisteos. Pero los Filisteos se interpretan, cayendo por la bebida: esto es, los que están embriagados del cáliz del diablo, y embriagados cayeron. Con los habitantes de Tiro. Tiro en lengua hebrea se dice Sor, lo que se interpreta, tribulación y angustia. Quienes debieran ser peregrinos en este siglo, fueron hechos habitantes. Estos pues que expugnan al pueblo de Dios, habitan en Sor, esto es, en la angustia y tribulación de su alma.

Istae ergo tantae gentes quae pugnant adversus sanctum, videamus quem habent principem: Salvatorem, an diabolum. Quid sequitur? Etenim Assur venit cum illis. Assur, Nabuchodonosor adversarius Dei, qui populum Dei duxit in captivitatem: licet videatur gentes habere plurimas pro se dimicantes: tamen principem habent Assur, hoc est, diabolum. Facti sunt in adjutorium filiis Lot. Lot, interpretatur declinans. Daemones ante fuerunt angeli, et postea cum diabolo ceciderunt, et facti sunt satellites ejus, sicut scriptum est in Apocalypsi Joannis: Quia draco cecidit, et traxit secum tertiam partem stellarum (Apoc. XII). Ergo quid dicit? Isti qui venerunt cum tantis gentibus, et expugnaverunt populum tuum, et venit cum eis Assur, et principem habent diabolum, facti sunt in adjutorium filiis Lot, hoc est, daemonibus. Qui a te declinaverunt, hoc operantur quod et daemones. Videtis quia difficillima loca sunt; videtis quia obscura sunt, et in singulis sermonibus magna sunt sacramenta, et necessitate compellimur in verbis Hebraicis, et plenis mysteriis diutius immorari. Neque enim nunc rhetoricum locum eventilamus, sed id quod a Spiritu sancto dictum est, interpretari nitimur. Nisi enim sic interpretetur, ut diximus, quid prodest Ecclesiis Christi legere tabernacula Idumaeorum et Ismaelitae, et caetera nomina? Quoniam ergo venerunt contra populum tuum, videamus quid eis imprecetur Psalmista.

Fac illis sicut Madian et Sisarae, sicut Jabin. Legistis in Judicum libro: Iste est Madian quem expugnavit Gedeon (Judic. VII et VIII). Jabin, et Sisara isti sunt, quos expugnavit Debbora et Barach (Judic. IV). In torrente Cison disperiunt in Endor. Debbora et Barach interfecerunt Sisaram principem militiae. Ergo quod dicit, videte quid sit: Domine, quantam habent superbiam! quoniam cum tanto veniunt exercitu, quoniam Nabuchodonosor habent principem Assyriorum: quoniam facti sunt in adjutorium filiis Lot: quoniam hoc agunt quod agunt daemones: quoniam superbia ipsorum usque ad te elevata est: propterea te deprecor, ut ad ignominiam suam, non a viro vincantur, sed a muliere. Facti sunt ut stercus terrae. Qui? Madian, et Sisara, et Jabin. Isti tres facti sunt, sicut stercus terrae. Madian interpretatur relinquens judicium: Quicumque pugnat contra populum meum, non cogitat futurum esse judicium. Sisara interpretatur equi visio. Isti qui pugnant contra populum tuum, non sunt de grege tuo, et de pecoribus tuis, sed de equis qui insaniunt in feminas. Isti ergo equi semper parati in praelium sunt. Sicut Jabin. Jabin interpretatur intellectus. Qui sibi in sua sapientia confidunt, et non in gloria Dei. Facti sunt ut stercus terrae. Illi qui gloriabantur in exercitu, qui habebant principem Assur, et dicebant: In coelum ascendam, non solum in terram ceciderunt, sed in terra stercus facti sunt.

Estas pues tantas naciones que luchan contra el santo, veamos a quién tienen por príncipe: al Salvador, o al diablo. ¿Qué sigue? Pues de hecho Asur vino con ellos. Asur, Nabucodonosor adversario de Dios, que al pueblo de Dios llevó a la cautividad: aunque parezca tener muchísimas naciones por sí combatiendo: sin embargo por príncipe tienen a Asur, esto es, al diablo. Fueron hechos en ayuda de los hijos de Lot. Lot, se interpreta declinando. Los demonios antes fueron ángeles, y después con el diablo cayeron, y fueron hechos satélites de él, como está escrito en el Apocalipsis de Juan: Porque el dragón cayó, y trajo consigo la tercera parte de las estrellas (Apoc. XII). ¿Por tanto qué dice? Estos que vinieron con tantas naciones, y expugnaron a tu pueblo, y vino con ellos Asur, y por príncipe tienen al diablo, fueron hechos en ayuda de los hijos de Lot, esto es, de los demonios. Quienes de ti declinaron, esto obran lo que también los demonios. Veis que son lugares dificilísimos; veis que son oscuros, y en cada palabra hay grandes sacramentos, y por necesidad somos compelidos a demorarnos más tiempo en las palabras hebreas, y llenas de misterios. Pues no ahora ventilamos un lugar retórico, sino aquello que por el Espíritu santo fue dicho, nos esforzamos en interpretar. Pues si no se interpreta así, como dijimos, ¿qué aprovecha a las Iglesias de Cristo leer las tiendas de los idumeos y los ismaelitas, y los demás nombres? Puesto que por tanto vinieron contra tu pueblo, veamos qué les impreca el Salmista.

Hazles como a Madián y a Sísara, como a Jabín. Habéis leído en el libro de los Jueces: Este es Madián al cual expugnó Gedeón (Jueces VII y VIII). Jabín y Sísara estos son, a los cuales expugnaron Débora y Barac (Jueces IV). En el torrente de Cisón perecieron en Endor. Débora y Barac mataron a Sísara príncipe de la milicia. Por tanto lo que dice, ved qué sea: ¡Señor, cuánta soberbia tienen! puesto que con tanto ejército vienen, puesto que a Nabucodonosor tienen por príncipe de los asirios: puesto que han sido hechos en ayuda a los hijos de Lot: puesto que esto hacen lo que hacen los demonios: puesto que la soberbia de ellos hasta ti ha sido elevada: por eso te ruego, que para ignominia suya, no por un varón sean vencidos, sino por una mujer. Fueron hechos como el estiércol de la tierra. ¿Quiénes? Madián, y Sísara, y Jabín. Estos tres fueron hechos, como estiércol de la tierra. Madián se interpreta dejando el juicio: Quienquiera lucha contra mi pueblo, no piensa que ha de haber un juicio futuro. Sísara se interpreta visión de caballo. Estos que luchan contra tu pueblo, no son de tu gremio, y de tus ovejas, sino de los caballos que rabean tras las mujeres. Estos caballos pues siempre están preparados para la batalla. Como Jabín. Jabín se interpreta intelecto. Los que en sí mismos en su sabiduría confían, y no en la gloria de Dios. Fueron hechos como estiércol de la tierra. Aquellos que se gloriaban en el ejército, que tenían por príncipe a Asur, y decían: Al cielo subiré, no solo a la tierra cayeron, sino que en la tierra estiércol fueron hechos.

Pone principes eorum. Quorum? Qui pugnant contra populum tuum. Sicut Oreb et Zeb, et Zebee, et Salmana. Omnes principes eorum. Legisse vos puto historiam in Judicum libro: quoniam Gedeon qui vocatur alio nomine Jerobaal, pro populo Dei pugnans, hos quatuor reges vicerit et interfecerit eos (Judic. VI et VII).

Videte quales sunt principes Madianitarum, qui reliquerunt judicium Dei: Oreb, et Zeb, et Zebee, et Salmana. Quis putat in istis verbis esse mysteria Salvatoris? Legunt hoc philosophi, et irrident. Legunt rhetores, et putant esse deliramenta. Non solum autem rhetores, sed et Judaei non habent clavem scientiae: quoniam velamen positum est ante oculos eorum. Oreb interpretatur foramen, in quo coluber ingreditur. Zeb interpretatur lupus. Videte nomina principum adversariorum Christi. Zebee, hostia, hoc est, quos lupus suffocaverit. Et Salmana, perfecti in malitia. Videte ergo nominum sacramenta.

Qui dixerunt: haereditate possideamus sanctuarium Dei. Dixerunt, sed non perfecerunt: quia Dominus pugnabat pro populo suo.

Deus meus, pone illos ut rotam. Videte clementiam prophetae: Non precatur contra eos, sed pro eis. Videte quid dicat: Deus meus, qui Deus es omnium, meus proprie Deus. Deus meus, pone illos ut rotam. Qui quasi fundamentum habent in malitia: non habeant fundamentum, sed vacillent, et non stent in malitia. Sicut stipulam ante faciem venti, sicut ignis qui comburit silvam. Sicut stipulam: non sicut frumentum, sed, stipulam; quod dicit, hoc est: si quis est in eis stipula et palea, pereat. Sicut ignis qui comburit silvam. Non dixit, arbores frugiferas; sed, silvam, quae non habet fruges. Si quis ergo stipula est, et non habet frumentum: si quis silva est, et non habet fruges, hic pereat. Sicut flamma comburens montes. Superbia in eis pereat.

Ita persequeris illos in tempestate tua, et in ira tua. Quid? Occides eos? Non: sed, Turbabis eos. Ut salventur.

Imple facies eorum ignominia. Ut confundantur. Quare hoc? Ut quaerant nomen tuum, Domine. Videtis ergo quia non contra eos, sed pro salute ipsorum deprecatur. Denique et in sequentibus videte quid dicat:

Erubescant et conturbentur in saeculum saeculi, et confundantur et pereant. Pereant secundum hoc quod mali sunt, et salvetur quod bonum est. Denique videte, quoniam perditio hic non abolitionem sonat, sed salutem. Qui sequitur.

Et cognoscant quia nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus in omni terra. Erigat se qui vult ut erigatur. Nos dicamus: Tu solus Altissimus in omni terra. Quantumvis aliquis exaltetur, nos habeamus Deum, cui excelsius nomen est, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

PSALMUS LXXXIII.

Pon a sus príncipes. ¿De quiénes? De los que luchan contra tu pueblo. Como a Oreb y a Zeeb, y a Zebee y a Salmana. A todos sus príncipes. Haber leído creo vosotros la historia en el libro de los Jueces: puesto que Gedeón que se llama por otro nombre Yerobaal, por el pueblo de Dios luchando, a estos cuatro reyes venció y los mató (Jueces VI y VII).

Ved cuáles son los príncipes de los madianitas, que dejaron el juicio de Dios: Oreb, y Zeeb, y Zebee, y Salmana. ¿Quién piensa que en estas palabras hay misterios del Salvador? Leen esto los filósofos, y se ríen. Leen los retóricos, y piensan que son delirios. No solo sin embargo los retóricos, sino también los judíos no tienen la llave de la ciencia: puesto que un velo está puesto ante los ojos de ellos. Oreb se interpreta agujero, en el cual el colúber ingresa. Zeeb se interpreta lobo. Ved los nombres de los príncipes adversarios de Cristo. Zebee, hostia, esto es, a quienes el lobo estranguló. Y Salmana, perfectos en la malicia. Ved pues los sacramentos de los nombres.

Veritas de terra orta est. Ego sum via, et vita, et veritas (Joan. XIV). Ille qui dicit, ego sum veritas, de terra ortus est. Quae est ista veritas quae de terra orta est. Exiet virga de radice Jesse, et flos de radice ejus exiet (Isai. XI). Et in alio loco: Quoniam Deus operatus est salutem in medio terrae (Psal. LXXIII). Quid dicis, Manichaee, qui negas carnem habuisse Salvatorem? Ecce veritas, id est, Salvator de terra, hoc est, de Maria ortus est. Et justitia de coelo prospexit. Justum enim erat, ut Salvator misereretur populo suo. Videte quid dicat: O justa judicia Dei et ininvestigabiles viae ejus! Veritas de terra orta est, hoc est, Salvator. Et rursum: Et justitia de coelo prospexit. Justitia ipse Salvator est. Quomodo de terra orta est? Quomodo de coelo prospexit? De terra orta est, quod homo natus est; de coelo prospexit, quoniam Deus semper in coelis est, hoc est, natus quidem est de terra; sed ille qui de terra natus est, semper in coelo est, hoc est, sic apparebat in terris, ut coelum non derelinqueret. Deus enim ubique prospexit: quoniam donec peccabamus, avertebat oculos suos a nobis. Quod dicit, hoc est: Justum est ut figulus misereatur operibus suis, ut pastor misereatur gregi suo. Nos populus ejus sumus, nos creatura ejus sumus. Propterea ergo de terra ortus est, et de coelo prospexit, ut impleat justitiam suam, et misereatur operi suo. Denique ut sciatis quoniam justitia non crudelitatem sonat, sed misericordiam, videte quid dicat:

Etenim Dominus dabit benignitatem. Propterea prospexit de coelo, ut misereatur operibus suis. Et terra nostra dabit fructum suum. Veritas quidem de terra orta est. Hoc de praeterito. Nunc de futuro dicitur: Et terra nostra dabit fructum suum. Nolite desperare: quod semel natum est ex Maria, quotidie et in nobis nascitur. Et terra nostra dabit fructum suum. Et nos possumus parere Christum, si volumus. Et terra nostra dabit fructum suum, de quo fiat coelestis panis, de quo dicitur: Ego sum panis, qui de coelo descendi (Joan. VI). Haec quidem omnia diximus de misericordia Domini, quoniam propterea venit ut salvaret humanum genus. Verumtamen scire debemus, quoniam ipse judicaturus est vivos et mortuos, ipse veniet ad judicium.

Justitia ante eum ambulabit, et ponet in via gressus suos. Nolite negligentes esse. Justitia ante eum ambulabit, et ponet in via gressus suos. Videte quid dicat, gressus suos: ubi non sunt lapides, ubi non sunt spinae et tribuli, ubi aequalis est via, ubi ambulare potest, ubi non potest impingere. Et nos ergo faciamus in corde nostro viam Domino; de qua via laborabat et Joannes, et clamabat in eremo, ut faceremus viam Domino (Matt. III). Ergo et nunc dicitur: Et ponet in via gressus suos. Ubi invenit viam, ambulat.

La verdad brotó de la tierra. Yo soy el camino, y la vida, y la verdad (Jn. 14). Aquel que dice, yo soy la verdad, brotó de la tierra. ¿Qué es esta verdad que brotó de la tierra? Saldrá una vara de la raíz de Jesé, y una flor brotará de su raíz (Is. 11). Y en otro lugar: Porque Dios ha obrado la salvación en medio de la tierra (Sal. 73). ¿Qué dices tú, maniqueo, que niegas que el Salvador tuvo carne? He aquí la verdad, esto es, el Salvador, brotó de la tierra, esto es, de María. Y la justicia miró desde el cielo. Pues justo era que el Salvador tuviera misericordia de su pueblo. Ved lo que dice: ¡Oh justos juicios de Dios e inescrutables sus caminos! La verdad brotó de la tierra, esto es, el Salvador. Y de nuevo: Y la justicia miró desde el cielo. La justicia es el mismo Salvador. ¿Cómo brotó de la tierra? ¿Cómo miró desde el cielo? Brotó de la tierra, porque nació hombre; miró desde el cielo, porque Dios siempre está en los cielos, esto es, nació ciertamente de la tierra; pero aquel que nació de la tierra, siempre está en el cielo, esto es, así aparecía en la tierra, que no abandonaba el cielo. Pues Dios miró a todas partes: porque mientras pecábamos, apartaba sus ojos de nosotros. Lo que dice es esto: Justo es que el alfarero tenga misericordia de sus obras, que el pastor tenga misericordia de su gremio. Nosotros somos su pueblo, nosotros somos su criatura. Por eso, pues, brotó de la tierra, y miró desde el cielo, para que cumpla su justicia, y tenga misericordia de su obra. Finalmente, para que sepáis que la justicia no suena a crueldad, sino a misericordia, ved lo que dice:

Porque el Señor dará la bondad. Por eso miró desde el cielo, para que tuviera misericordia de sus obras. Y nuestra tierra dará su fruto. La verdad ciertamente brotó de la tierra. Esto es del pasado. Ahora se dice del futuro: Y nuestra tierra dará su fruto. No desesperéis: lo que una vez nació de María, diariamente nace también en nosotros. Y nuestra tierra dará su fruto. Y nosotros podemos parir a Cristo, si queremos. Y nuestra tierra dará su fruto, del cual se haga el pan celestial, del que se dice: Yo soy el pan que descendió del cielo (Jn. 6). Todas estas cosas hemos dicho de la misericordia del Señor, porque para esto vino, para que salvara al género humano. Sin embargo debemos saber, que él mismo ha de juzgar a los vivos y a los muertos, él mismo vendrá al juicio.

La justicia caminará delante de él, y pondrá sus pasos en el camino. No seáis negligentes. La justicia caminará delante de él, y pondrá sus pasos en el camino. Ved lo que dice, sus pasos: donde no hay piedras, donde no hay espinas y abrojos, donde el camino es llano, donde puede caminar, donde no puede tropezar. Y nosotros, pues, hagamos en nuestro corazón un camino al Señor; por el cual camino trabajaba también Juan, y clamaba en el desierto, para que hiciéramos el camino al Señor (Mt. 3). Por tanto, también ahora se dice: Y pondrá sus pasos en el camino. Donde encuentra un camino, camina.

Licet ante habebamus spinas et tribulos, licet et lapides, dicitur nobis in Isaia: Et lapides de via projicite (Isa. LVII). Hoc autem propterea dicit: ne cum voluerit deambulare in via nostra, impingat pedem suum. Lapides qui in via sunt, et projici jubentur, peccata nostra sunt. Non ambulat in corde nostro Christus, si peccatum aliquod fuerit, statim impingit in lapides. Et ponet in via gressus suos. Faciamus viam, et ponet in via gressus suos Jesus, cui sit gloria et honor in saecula saeculorum. Amen.

PSALMUS LXXXV.

Oratio David. Iste psalmus vocem continet nostri Mediatoris venientis ad passionem. In fine vero ipsius prophetae tenet orationem.

Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: quoniam sanctus sum. Juxta fragilitatem assumpti corporis ad Patrem fundit orationem. Secundum deitatem vero sanctum se dicit, sicut quondam dixerat ad Moysen: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum (Lev. XIX et XX). Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te. Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die. Formam servi suscepit, quam in omni tempore praesentis vitae salvari precatur. Scit enim quia et si spiritus promptus est, caro autem infirma est.

Laetifica animam servi tui. A tribulationibus praesentibus moestam. Quia ad te, Domine, animam meam levavi: Ad te eam resuscitari credens.

Quia tu, Domine, suavis et mitis, et multae misericordiae omnibus invocantibus te. His qui te de puro corde invocant, mitem te praebes, et copiosam misericordiam eis indulges.

Auribus percipe, Domine, orationem meam, etc. Quoniam justa peto.

In die tribulationis meae. Hoc est, in die passionis. Clamavi ad te. De cruce. Quia exaudisti me. Ut commendatum tibi restitueres spiritum meum.

Non est similis tui in diis, Domine, et non est secundum opera tua. Non reperitur in simulacris gentium, qui sic possit ut tu operari.

Omnes gentes quascumque fecisti, venient et adorabunt coram te, Domine, etc. Per passionem enim meam cognoscent magnitudinem virtutis tuae. Hinc propheta loquitur.

Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua. Si enim me ad Christum tuum, qui est via, deducas, nulla me fallacia retinebit. Laetetur cor meum ut timeat nomen tuum. Cum a moerore facinorum erutus fuero, tunc in te laetitia spirituali gaudebo.

Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in aeternum, etc. Cur confiteatur nomini Domini, aut honoret eum, versiculus sequens exponit, dicens:

Aunque antes teníamos espinas y abrojos, aunque también piedras, se nos dice en Isaías: Y arrojad las piedras del camino (Is. 57). Pero esto lo dice por esto: para que cuando quiera pasearse por nuestro camino, no tropiece su pie. Las piedras que están en el camino, y se manda arrojar, son nuestros pecados. No camina en nuestro corazón Cristo, si hubiere algún pecado, al punto tropieza en las piedras. Y pondrá sus pasos en el camino. Hagamos un camino, y pondrá sus pasos en el camino Jesús, a quien sea la gloria y el honor por los siglos de los siglos. Amén.

SALMO 85.

Oración de David. Este salmo contiene la voz de nuestro Mediador viniendo a la pasión. Pero al fin de él mismo tiene la oración del profeta.

Inclina, Señor, tu oído, y escúchame: porque yo soy santo. Según la fragilidad del cuerpo asumido derrama la oración al Padre. Pero según la deidad se dice santo, como una vez había dicho a Moisés: Sed santos, porque yo soy santo (Lev. 19 y 20). Salva a tu siervo, Dios mío, que espera en ti. Ten misericordia de mí, Señor, porque a ti clamé todo el día. Tomó la forma de siervo, la cual ruega que sea salvada en todo tiempo de la vida presente. Pues sabe que si bien el espíritu está pronto, mas la carne es enferma.

Alegra el alma de tu siervo. De las tribulaciones presentes, [la cual está] triste. Porque a ti, Señor, levanté mi alma: Creyendo que ha de ser resucitada hacia ti.

Porque tú, Señor, eres suave y manso, y de mucha misericordia para todos los que te invocan. A los que te invocan de puro corazón, te muestras manso, y les concedes copiosa misericordia.

Escucha, Señor, mi oración, etc. Porque pido cosas justas.

En el día de mi tribulación. Esto es, en el día de la pasión. Clamé a ti. Desde la cruz. Porque me escuchaste. Para que restituyeras mi espíritu encomendado a ti.

No hay semejante a ti entre los dioses, Señor, y no hay quien obre según tus obras. No se encuentra en los simulacros de los gentiles, quien pueda obrar así como tú.

Todas las gentes cualesquiera que hiciste, vendrán y adorarán ante ti, Señor, etc. Pues por mi pasión conocerán la magnitud de tu virtud. De aquí habla el profeta.

Guíame, Señor, en tu camino, y entraré en tu verdad. Pues si me guías a tu Cristo, que es el camino, ninguna falacia me retendrá. Alégrese mi corazón para que tema tu nombre. Cuando hubiere sido rescatado del pesar de mis crímenes, entonces me gozaré en ti con alegría espiritual.

Te alabaré, Señor Dios mío, con todo mi corazón: y glorificaré tu nombre para siempre, etc. Por qué ha de alabar el nombre del Señor, o le honre, el versículo siguiente lo expone, diciendo:

Eripuisti animam meam ex inferno inferiori. Non quod duo inferna sint, sed iste superiorem infernum, peccatum dixit: inferiorem vero, qui est verus infernus, in quo peccatores damnantur. Laudat ergo ob hoc misericordiam Domini, quod sit erutus a supplicio inferioris inferni.

Deus, iniqui insurrexerunt adversus me: et synagoga potentium quaesierunt animam meam. Vitiorum, seu daemoniorum. Non ex persona Christi haec propheta loquitur, sed intelligitur de Judaeis. Non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Obcaecaverat eos malitia eorum.

Et tu, Domine Deus, miserator et misericors: patiens et multae misericordiae et verax. Misericors, cum remittis: patiens, cum peccatorem, ut convertatur, exspectas: verax, cum promissa restitues.

Respice in me, et miserere mei: da imperium tuum puero tuo. Ad repugnandum potestatibus adversis. Et salvum fac filium ancillae tuae. Ecclesiae, in qua sum renatus.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui me oderunt et confundantur: quoniam tu, Domine, adjuvisti me, et consolatus es me. Muniar crucis tuae signo, quod videntes, potestates adversae fugiant confusae, et discedant a me. Haec enim pro nostro populo propheta rogat. Sed et nos precamur, Domine, ut crucis tuae signo tutati, atque ejus praesidio custoditi, mereamur ab omnibus diaboli insidiis liberari: quia tibi est honor et gloria cum aeterno Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

PSALMUS LXXXVI.

Psalmus Cantici filiis Core. Inter psalmum et canticum quid interest, frequenter dixi: Psalmus ex Psalterio dicitur: Canticum vero ex voce profertur. Psalmus refertur ad manus, hoc est, ad opera: canticum ad theoriam.

Fundamenta ejus in montibus sanctis. Non praedixit cujus; et dixit: Fundamenta ejus in montibus sanctis. Qui loquitur, propheta est. Filii sunt Core. Core quid interpretatur, frequenter dixi: Calvaria, hoc est filii resurrectionis. Fundamenta ejus, sive Dei, sive certe Ecclesiae. Quae sunt autem fundamenta, nisi Pater, et Filius, et Spiritus sanctus? Haec ergo fundamenta non sunt in vallibus, sed sunt in montibus, et non in montibus quibuscumque, sed in montibus sanctis. Loquitur Paulus: Quasi sapiens architectus fundamentum posui (I Cor. III), hoc est fidem Trinitatis.

Libraste mi alma del infierno inferior. No porque haya dos infiernos, sino que este llamó infierno superior al pecado: e infierno inferior al que es el verdadero infierno, en el cual los pecadores son condenados. Alaba, pues, por esto la misericordia del Señor, de que haya sido rescatado del suplicio del infierno inferior.

Dios, los inicuos se levantaron contra mí: y la sinagoga de los potentes buscaron mi alma. [La sinagoga] de los vicios, o de los demonios. No desde la persona de Cristo habla estas cosas el profeta, sino que se entiende de los judíos. No propusieron a Dios ante su vista. Su malicia los había cegado.

Y tú, Señor Dios, compasivo y misericordioso: paciente y de mucha misericordia y veraz. Misericordioso, cuando perdonas: paciente, cuando esperas al pecador, para que se convierta: veraz, cuando restaures las promesas.

Mira hacia mí, y ten misericordia de mí: da tu imperio a tu siervo. Para resistir a las potestades adversas. Y salva al hijo de tu esclava. De la Iglesia, en la cual soy renacido.

Haz conmigo señal para bien, para que vean los que me odiaron y se confundan: porque tú, Señor, me ayudaste, y me consolaste. Sea yo fortalecido con la señal de tu cruz, la cual viendo, las potestades adversas huyan confundidas, y se aparten de mí. Pues estas cosas pide el profeta por nuestro pueblo. Pero también nosotros rogamos, Señor, que protegidos por la señal de tu cruz, y custodiados por su defensa, merezcamos ser librados de todas las insidias del diablo: porque a ti es el honor y la gloria con el eterno Padre y el Espíritu Santo por los siglos de los siglos. Amén.

SALMO 86.

Salmo de cántico para los hijos de Coré. Qué diferencia hay entre el salmo y el cántico, frecuentemente lo he dicho: el salmo se dice desde el Salterio: mas el cántico se profiere desde la voz. El salmo se refiere a las manos, esto es, a las obras: el cántico a la teoría.

Sus fundamentos están en los montes santos. No predijo de quién; y dijo: Sus fundamentos están en los montes santos. El que habla es un profeta. Son los hijos de Coré. Qué se interpreta por Coré, frecuentemente lo he dicho: Calvario, esto es, hijos de la resurrección. Sus fundamentos, sea de Dios, o ciertamente de la Iglesia. ¿Cuáles son, pues, los fundamentos, sino el Padre, y el Hijo, y el Espíritu Santo? Estos fundamentos, pues, no están en los valles, sino que están en los montes, y no en montes cualesquiera, sino en montes santos. Habla Pablo: Como sabio arquitecto puse el fundamento (1 Cor. 3), esto es, la fe de la Trinidad.

Denique dicit, et in alio loco: Exspectabant enim civitatem habentem fundamenta: cujus artifex et conditor Deus (Hebr. XI): Fundamenta ejus in montibus sanctis. Ideo dixit in montibus sanctis: quia sunt et alii montes non sancti. Denique dicitur in Isaia: Super montem tenebrosum levate signum (Isai. XIII). Et in alio loco dicitur: Quis es tu, mons corrupte (Zach. IV)? Dicitur et in Jeremia: Dicat Domino Deo vestro gloriam, antequam offendant pedes vestri ad montes tenebrosos (Jerem. XIII). Videtis ergo quia sunt et montes tenebrosi, et dicitur nobis a Jeremia, ut demus gloriam Deo, antequam offendant pedes nostri ad montes tenebrosos. Si enim pedes nostri impegerint ad illos montes, gloriam Domino dare non possumus. Fundamenta ejus in montibus sanctis. Quos nos possumus dicere fundamenta? Apostolos. In illis erant fundamenta: ibi primum posita est fides Ecclesiae, et ibi fundamenta sunt posita. Et quia unusquisque superaedificat fundamento: alius aurum, alius argentum, alius lapides pretiosos: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. Istas portas diligit, quas videmus corruisse. Istas portas diligit, et istam Sion diligit, quae arata est sicut ager. Et videte quid dicat: Diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Jacob. Videte quid dicat: Super omnes civitates Jacob, hoc est, Judae: istam tantum diligit civitatem. Et quomodo videmus alias ex parte stare, et istam penitus corruisse? Legamus Apocalypsim Joannis (Cap. XXI): legamus et Isaiam (Cap. LXII). Ubi aedificatur civitas Jerusalem, et duodecim portae ipsius dicuntur esse de lapidibus pretiosis constructae, et ipsa civitas de coelo descendit, et dicuntur muri ejus aurei, et dicuntur plateae ejus stratae esse smaragdo, et dicuntur singulae portae ex singulis lapidibus pretiosis (Ezech. XXVIII). Hae sunt totae Domini divitiae, et hoc diligit Dominus quod et homines? Prohibet nos ab avaritia, et ipse de avaritia exstruit civitatem? Ergo, diligit Dominus portas Sion. Illas portas duodecim Sion, manifestum est quod de apostolis scripsit. Super omnia tabernacula Jacob, super omnes veteres sanctos. Hoc interim diximus secundum unum tropum. Dicamus autem et aliter: Diligit Dominus portas Sion. Mihi videntur portae Sion esse virtutes. Sicut enim portae mortis sunt vitia atque peccata: ita portae Sion videntur mihi esse virtutes. Denique dicit in alio loco: qui exaltas me de portis mortis (Psalm. IX). Si autem portae mortis peccata sunt: ergo portae Jerusalem virtutes sunt. Super omnia tabernacula Jacob. Videte quomodo Jacob, hoc est, vetus populus, non habet fundamentum, nec domum fundamentis positam, sed tabernacula quae cito pertranseunt.

Finalmente dice, también en otro lugar: Pues esperaban la ciudad que tiene fundamentos: cuyo artífice y constructor es Dios (Heb. 11): Sus fundamentos están en los montes santos. Por eso dijo en los montes santos: porque hay también otros montes no santos. Finalmente se dice en Isaías: Sobre el monte tenebroso levantad bandera (Is. 13). Y en otro lugar se dice: ¿Quién eres tú, monte corrompido (Zac. 4)? Se dice también en Jeremías: Dad gloria al Señor Dios vuestro, antes que tropiecen vuestros pies en los montes tenebrosos (Jer. 13). Veis, pues, que hay también montes tenebrosos, y se nos dice por Jeremías, que demos gloria a Dios, antes que tropiecen nuestros pies en los montes tenebrosos. Pues si nuestros pies hubieren tropezado en aquellos montes, no podemos dar gloria al Señor. Sus fundamentos están en los montes santos. ¿A quiénes podemos llamar nosotros fundamentos? A los apóstoles. En ellos estaban los fundamentos: allí primero fue puesta la fe de la Iglesia, y allí los fundamentos fueron puestos. Y porque cada uno sobreedifica sobre el fundamento: uno oro, otro plata, otro piedras preciosas: ama el Señor las puertas de Sión sobre todos los tabernáculos de Jacob. Estas puertas ama, que vemos haber caído. Estas puertas ama, y a esta Sión ama, la cual es arada como campo. Y ved lo que dice: Ama el Señor las puertas de Sión, sobre todos los tabernáculos de Jacob. Ved lo que dice: Sobre todas las ciudades de Jacob, esto es, de Judá: solo a esta ciudad ama. ¿Y cómo vemos a otras estar en parte, y a esta haber caído totalmente? Leamos el Apocalipsis de Juan (Cap. 21): leamos también a Isaías (Cap. 62). Donde se edifica la ciudad de Jerusalén, y sus doce puertas se dicen estar construidas de piedras preciosas, y la ciudad misma desciende del cielo, y se dicen sus muros de oro, y se dicen sus plazas estar pavimentadas con esmeralda, y se dicen cada una de las puertas de cada una de las piedras preciosas (Ez. 28). ¿Son estas todas las riquezas del Señor, y esto ama el Señor que también los hombres [aman]? ¿Nos prohíbe la avaricia, y él mismo de la avaricia construye una ciudad? Por tanto, ama el Señor las puertas de Sión. Es manifiesto que de los apóstoles escribió aquellas doce puertas de Sión. Sobre todos los tabernáculos de Jacob, [esto es] sobre todos los antiguos santos. Esto hemos dicho por ahora según un tropo. Mas digamos también de otro modo: Ama el Señor las puertas de Sión. A mí me parecen que las puertas de Sión son las virtudes. Pues como las puertas de la muerte son los vicios y los pecados: así las puertas de Sión me parecen ser las virtudes. Finalmente dice en otro lugar: tú que me exaltas de las puertas de la muerte (Sal. 9). Mas si las puertas de la muerte son los pecados: por tanto las puertas de Jerusalén son las virtudes. Sobre todos los tabernáculos de Jacob. Ved cómo Jacob, esto es, el antiguo pueblo, no tiene fundamento, ni casa puesta sobre fundamentos, sino tabernáculos que pronto pasan.

Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Ergo hoc quod dictum est, fundamenta ejus in montibus sanctis, possumus et de Deo dicere. Possumus autem et hoc dicere: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Quae est ista civitas ubi dicta sunt gloriosa? In omnibus prophetis dictum est de hac civitate. Isaias dicit: Exsurge, exsurge, Jerusalem, induere fortitudinem brachii tui (Isai. LII). Iterum ipse Isaias: Ego civitas firma, civitas quae non oppugnatur. Dicit et David: Fluminis impetus laetificat civitatem Dei (Psal. XLV). Et in alio loco: Domine, in civitate tua imagines eorum dissipabis (Psal. LXXII). Et Salvator gloriosa locutus est de hac civitate. Non potest abscondi civitas super montem posita (Matt. V).

Memor ero Raab, et Babylonis, scientium me. Quoniam dixit: gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei, et tamen ipsam civitatem Ecclesiam intelligimus de gentibus congregatam, propterea nunc de vocatione gentium dicitur: Memor ero Raab, et Babylonis scientium me. Quicumque peccator est, securus sit. Dominus memor fuit Raab. Securum dixi, si revertatur ad Dominum. Caeterum securitas sine lacrymis, non habet remedium. Memor ero Raab. Raab illius meretricis quae suscepit exploratores Jesu: quae erat in Jericho, quo venerat Jesus, et misit duos exploratores Jericho (Josue II). Mundus iste, qui in septem diebus subvertitur, vult interficere exploratores. Et cum ille cupiat interficere exploratores, sola meretrix Raab suscepit. Et suscepit eos non in inferiori loco, sed in coenaculo. Dicamus ergo primum secundum quod vulgo dicitur: neque enim debemus et illam interpretationem dimittere. Et suscepit eos non in inferiori loco, sed in coenaculo. In domate, hoc est, in sublimitate fidei suae, et abscondit eos in lino, hoc est, in stupa lini. Hoc interim diximus secundum historiam, et videtis quomodo de ipsa historia paulatim ad mystica ascendimus sacramenta. Jesus dux, qui populum eduxerat de Aegypto: Jesus dux, qui interpretatur Salvator, Mose mortuo, et sepulto in terra Moab, in terra Arabiae, hoc est, Lege mortua, in Evangelium cupit inducere populum suum. Emittit duos exploratores Jericho. Duos exploratores, unum in circumcisionem, alium in gentibus, Petrum et Paulum. Jericho quaerit eos occidere: illa eos suscepit meretrix, Ecclesia de gentibus congregata. Credit in Jesum, et quos volebat Jericho interficere, ipsa salvat in domate suo. Et ponet eos in domate suo, in excelsa fide sua, et abscondit eos in lini calamo. Licet meretrix sit, tamen ponet eos in lino. Linum multo labore, et diligentia in candorem venit. Scitis ipsi, quoniam linum de terra nascitur, et cum in terra natum fuerit, nigrum est: nullam speciem habet, nullum usum. Primum ergo tollitur de terra, frangitur, deinde torquetur, postea lavatur, deinde tunditur, deinde plectitur, et multa cura et labore vix venit ad candorem. Ergo hoc dicitur, quod ista quidem meretrix suscepit exploratores in lino suo, ut illi exploratores linum ipsius verterent in candorem.

Cosas gloriosas se dicen de ti, ciudad de Dios. Por tanto esto que se dijo, 'sus fundamentos están en los montes santos', podemos también decirlo de Dios. Mas podemos también decir esto: Cosas gloriosas se dicen de ti, ciudad de Dios. ¿Qué es esta ciudad donde se dijeron cosas gloriosas? En todos los profetas se ha hablado de esta ciudad. Isaías dice: Levántate, levántate, Jerusalén, vístete de la fortaleza de tu brazo (Is. 52). De nuevo el mismo Isaías [dice]: Yo ciudad firme, ciudad que no es atacada. Dice también David: El ímpetu del río alegra la ciudad de Dios (Sal. 45). Y en otro lugar: Señor, en tu ciudad disiparás sus imágenes (Sal. 72). Y el Salvador cosas gloriosas habló de esta ciudad. No se puede esconder la ciudad puesta sobre un monte (Mt. 5).

Me acordaré de Rahab y de Babilonia que me conocen. Porque dijo: 'Cosas gloriosas se dicen de ti, ciudad de Dios', y sin embargo entendemos que la misma ciudad es la Iglesia congregada de las gentes, por eso ahora se dice de la vocación de las gentes: Me acordaré de Rahab y de Babilonia que me conocen. Cualquiera que sea pecador, esté seguro. El Señor se acordó de Rahab. Dije 'seguro', si se convirtiere al Señor. Por lo demás la seguridad sin lágrimas no tiene remedio. Me acordaré de Rahab. Rahab aquella meretriz que recibió a los exploradores de Josué: que estaba en Jericó, adonde había venido Josué, y envió dos exploradores a Jericó (Josué 2). Este mundo, que en siete días es subvertido, quiere matar a los exploradores. Y cuando él desea matar a los exploradores, sola la meretriz Rahab los recibió. Y los recibió no en un lugar inferior, sino en un cenáculo. Digamos pues primero según lo que vulgarmente se dice: pues ni debemos dejar aquella interpretación. Y los recibió no en un lugar inferior, sino en un cenáculo. En el terrado, esto es, en la sublimidad de su fe, y los escondió en el lino, esto es, en la estopa del lino. Esto hemos dicho por ahora según la historia, y veis cómo de la misma historia poco a poco ascendemos a los místicos sacramentos. Josué el caudillo, que había sacado al pueblo de Egipto: Josué el caudillo, que se interpreta 'Salvador', muerto Moisés, y sepultado en la tierra de Moab, en la tierra de Arabia, esto es, muerta la Ley, en el Evangelio desea introducir a su pueblo. Envía dos exploradores a Jericó. Dos exploradores, uno a la circuncisión, otro a las gentes, Pedro y Pablo. Jericó busca matarlos: ella los recibió meretriz, la Iglesia congregada de las gentes. Cree en Jesús, y a los que quería Jericó matar, ella salva en su terrado. Y los pone en su terrado, en su excelsa fe, y los esconde en el tallo del lino. Aunque sea meretriz, sin embargo los pone en el lino. El lino con mucho trabajo y diligencia viene a la blancura. Sabéis vosotros mismos, que el lino nace de la tierra, y cuando ha nacido en la tierra, es negro: ninguna hermosura tiene, ningún uso. Primero pues se quita de la tierra, se rompe, luego se tuerce, después se lava, luego se golpea, luego se trenza, y con mucho cuidado y trabajo apenas viene a la blancura. Por tanto esto se dice, que esta meretriz ciertamente recibió a los exploradores en su lino, para que aquellos exploradores volvieran el lino de ella en blancura.

Quid igitur? Dat illis consilium, et sic dicit: Exspectate his tribus diebus. Non erat una dies, non duo, nisi tres dies. Videte quid dicat. Exspectate tribus diebus. Non nominat tres noctes, sed tres dies: quia illuminatum habebat cor. Et deinde dicit post tres dies. Et quid dicit: Nolite, inquit, ire per campestria, sed in montana conscendite. Ecclesiae enim fides non est in vallibus, sed in montibus constituta. Jericho ergo postea subvertitur ab Jesu, et ista sola meretrix reservatur incolumis. Ergo hoc dicitur: Memor ero Raab, hoc est, quae suscepit exploratores meos, et ego in die judicii memor ero ejus. Memor ero Raab. Raab quid interpretatur? diximus secundum historiam: dicamus et secundum nominis interpretationem. Juxta anagogen Raab dupliciter interpretatur. Aut interpretatur latitudo: aut certe interpretatur superbia. Ergo videte quid dicat. Illa quae quondam ambulabat in lata et spatiosa via quae ducit ad mortem (Matth. VII): illa quae superba erat, et habebat impetum ad ruinam, postea conversa est in humilitatem. Memor ero Raab, et Babylonis. Babylon interpretatur confusio. Videte quid dicat: Non solum Raab memor ero, sed etiam Babylonis: quaecumque anima a vitiis peccatisque confusa est. Et Babylonis scientium me. Videte quid dicat: Licet aliquis Raab fuerit, licet Babylon fuerit: tamen memor ero quicumque me scierit. Ergo si fuerimus Raab, et Babylon, etiam debemus esse securi, et dicere: Deus dixit: memor ero Raab, et Babylonis. Sed videte quid sequitur: Scientium me. Fuerunt Raab et Babylon, sed postea conversi sunt ad me. Memor ero Raab et Babylonis scientium me. Illa quae quondam erat in latitudine peccatorum, ascendit postea ad memoriam Dei. Hucusque quasi per aenigma locutus est: nunc vero apertius loquitur ad vocationem gentium. Videte enim quid dicat:

Ecce alienigenae et Tyrus, et populus Aethiopum, hi fuerunt illic. Alienigenas vocat ad distinctionem Israel. Nos enim sumus alienigenae, et Tyrus. Tyrus interpretatur tribulatio, hoc est, sor: et populus Aethiopum niger, et in peccatorum sordibus involutus. Et populus Aethiopum. Hoc est, quod dicitur: Aethiopia praeveniet manus ejus Deo (Psal. LXVII). Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopum. Quod dicit, hoc est: Illi qui ante alieni erant, illi erant in tribulatione: qui erant positi in corde maris. Dicitur enim de Tyro: Tyrus posita in corde maris.

¿Qué pues? Les da consejo, y así dice: Esperad estos tres días. No era un día, ni dos, sino tres días. Ved lo que dice. Esperad tres días. No nombra tres noches, sino tres días: porque iluminado tenía el corazón. Y luego dice después de tres días. ¿Y qué dice? No queráis, dijo, ir por los llanos, sino a los montes subid. Pues la fe de la Iglesia no está en los valles, sino en los montes constituida. Jericó pues después es subvertida por Josué, y esta sola meretriz es reservada incólume. Por tanto esto se dice: Me acordaré de Rahab, esto es, de la que recibió a mis exploradores, y yo en el día del juicio me acordaré de ella. Me acordaré de Rahab. ¿Qué se interpreta por Rahab? hemos dicho según la historia: digamos también según la interpretación del nombre. Según la anagogía Rahab doblemente se interpreta. O se interpreta 'latitud': o ciertamente se interpreta 'soberbia'. Ved pues lo que dice. Aquella que en otro tiempo caminaba en el ancho y espacioso camino que conduce a la muerte (Mt. 7): aquella que soberbia era, y tenía ímpetu para la ruina, después fue convertida en humildad. Me acordaré de Rahab, y de Babilonia. Babilonia se interpreta 'confusión'. Ved lo que dice: No solo de Rahab me acordaré, sino también de Babilonia: cualquiera alma que por los vicios y pecados está confundida. Y de Babilonia que me conocen. Ved lo que dice: Aunque alguno haya sido Rahab, aunque haya sido Babilonia: sin embargo me acordaré de cualquiera que me conociere. Por tanto si hubiéramos sido Rahab, y Babilonia, también debemos estar seguros, y decir: Dios dijo: me acordaré de Rahab, y de Babilonia. Mas ved lo que sigue: 'Que me conocen'. Fueron Rahab y Babilonia, pero después se convirtieron a mí. Me acordaré de Rahab y de Babilonia que me conocen. Aquella que en otro tiempo estaba en la latitud de los pecados, ascendió después a la memoria de Dios. Hasta aquí como por enigma habló: mas ahora más abiertamente habla para la vocación de las gentes. Ved pues lo que dice:

He aquí los extranjeros y Tiro, y el pueblo de los etíopes, estos estuvieron allí. Llama 'extranjeros' para distinción de Israel. Pues nosotros somos extranjeros, y Tiro. Tiro se interpreta 'tribulación', esto es, sor; y el pueblo de los etíopes negro, y en las suciedades de los pecados envuelto. 'Y el pueblo de los etíopes'. Esto es lo que se dice: 'Etiopía prevendrá sus manos a Dios' (Salmo 67). 'He aquí los extranjeros, y Tiro, y el pueblo de los etíopes'. Lo que se dice es esto: Aquellos que antes eran ajenos, ellos estaban en tribulación; los que estaban puestos en el corazón del mar. Pues se dice de Tiro: 'Tiro puesta en el corazón del mar'.

Illi igitur qui prius erant in mari, et fluctibus tundebantur, postea inventi sunt in Ecclesia. Et populus Aethiopum. Nos quondam Aethiopes fuimus, Aethiopes vitiis atque peccatis: quoniam peccata nos nigros fecerant, sed postea audivimus: Lavamini, mundi estote (Isai. I). Et diximus: Lavabis me, et super nivem dealbabor (Psal. L). Nos ergo Aethiopes versi sumus in candorem. Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopum, hi fuerunt illic. Ubi fuerunt? Ubi gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.

Numquid Sion dicet homo, et homo natus est in ea? Septuaginta interpretes ita transtulerunt: Numquid Sion dicet homo? Spreverunt ergo multi, nec intellexerunt μήτι Σιὼν, quid est, et addiderunt ρ et legunt μήτιρ Σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος. Et hoc propterea dicunt: quoniam sequitur: et homo natus est in ea. Speraverunt etiam ita debere dici: mater Sion dicet homo, quoniam filius natus dicitur: propterea errant in matris vocabulo. Dicamus ergo primum secundum quod vulgo dicitur: neque enim debemus et illam interpretationem dimittere. Dicamus ergo et nos: Mater Sion dicet homo, et homo natus est in ea. Isti qui nati fuerunt in Ecclesia, alienigenae, Tyrus, et populus Aethiopum: isti sunt qui nascuntur in Ecclesia: credunt in Ecclesiam, et nascuntur in Ecclesia. Nisi enim baptizati fuerint, filii Ecclesiae non erunt. Isti vero qui baptizati sunt in Ecclesia, matrem appellant Ecclesiam. Dicamus, et secundum Hebraicam Veritatem: Numquid Sion dicet homo, et homo natus est in ea? Quod dicit, hoc est, quis poterit nuntiare Sion? quis ei poterit nuntiare hominum: quoniam homo nascetur in ea, et ipse salvabit eam? Hoc est, nullus hominum potest ei nuntiare, quia Sion salvetur in homine qui in ea nascitur. Et homo natus est in ea. Quis est iste homo? Et ipse fundavit eam Altissimus. Respondeant Ariani: quoniam dicunt Altissimum solum Patrem esse: ecce hic de Filio dicitur: Et ipse fundavit eam Altissimus. Non dixit: Filius Dei, qui erat in principio apud Patrem. Sed quid dixit? Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. Si autem, Altissimus dicitur, quanto magis verbum Dei!

Dominus narrabit in scriptura populorum, et principum horum qui fuerunt in ea. Non dixit, qui sunt in ea, sed qui fuerunt in ea. Dominus narrabit: et quo modo narrabit? Non verbo, sed scriptura. In cujus scriptura? In populorum. Non sufficit in populorum, sed etiam principum dicit. Et quorum principum? Qui sunt in ea. Non dixit hoc, sed qui fuerunt in ea. Videte ergo quomodo Scriptura sancta sacramentis plena est. Legimus apostolum Paulum: legimus Petrum, et legimus illum dicentem: An experimentum ejus quaeritis, qui in me loquitur Christus (II Cor. XIII)?

Aquellos pues que antes estaban en el mar y por las fluctuaciones eran golpeados, después fueron hallados en la Iglesia. 'Y el pueblo de los etíopes'. Nosotros en otro tiempo fuimos etíopes, etíopes por los vicios y pecados; porque los pecados nos habían hecho negros, pero después oímos: 'Lavaos, sed limpios' (Isaías 1). Y dijimos: 'Me lavarás, y sobre la nieve seré blanqueado' (Salmo 50). Nosotros pues, los etíopes, fuimos convertidos en blancura. 'He aquí los extranjeros, y Tiro, y el pueblo de los etíopes, estos estuvieron allí'. ¿Dónde estuvieron? Donde cosas gloriosas se dijeron de ti, ciudad de Dios.

'¿Acaso a Sión dirá el hombre, y el hombre nació en ella?' Los Setenta intérpretes así lo tradujeron: '¿Acaso a Sión dirá el hombre?' Despreciaron pues muchos, ni entendieron qué es meti Sion, y añadieron la ro (ρ) y leen meter Sion erei anthropos ('Madre Sión dirá el hombre'). Y esto por eso lo dicen: porque sigue: 'y el hombre nació en ella'. Esperaron también que así debía decirse: 'Madre Sión dirá el hombre', porque se dice que nació un hijo; por eso yerran en el vocablo de 'madre'. Digamos pues primero según lo que vulgarmente se dice; pues ni debemos dejar aquella interpretación. Digamos pues también nosotros: 'Madre Sión dirá el hombre, y el hombre nació en ella'. Estos que nacieron en la Iglesia —los extranjeros, Tiro y el pueblo de los etíopes— estos son los que nacen en la Iglesia; creen en la Iglesia, y nacen en la Iglesia. Pues si no fueren bautizados, hijos de la Iglesia no serán. Pero estos que han sido bautizados en la Iglesia, llaman 'madre' a la Iglesia. Digamos también según la Verdad Hebraica: '¿Acaso a Sión dirá el hombre, y el hombre nació en ella?' ¿quién podrá anunciar a Sión? ¿quién de los hombres podrá anunciarle que el hombre nacerá en ella, y él mismo la salvará? Esto es, ninguno de los hombres puede anunciarle que Sión sea salvada en el hombre que en ella nace. 'Y el hombre nació en ella'. ¿Quién es este hombre? 'And the mismo Altísimo la fundó'. Respondan los arrianos, ya que dicen que solo el Padre es el Altísimo; he aquí que aquí se dice del Hijo: 'Y el mismo Altísimo la fundó'. No dijo: El Hijo de Dios, que era en el principio junto al Padre. ¿Sino qué dijo? 'El hombre nació en ella, y el mismo Altísimo la fundó'. Mas si se dice 'Altísimo', ¡cuánto más el Verbo de Dios!

El Señor contará en la escritura de los pueblos, y de estos príncipes que estuvieron en ella. No dijo, 'que están en ella', sino 'que estuvieron en ella'. El Señor contará: ¿y de qué modo contará? No de palabra, sino por la escritura. ¿En la escritura de quién? En la de los pueblos. No basta con decir 'en la de los pueblos', sino que también dice 'de los príncipes'. ¿Y de qué príncipes? Que están en ella. No dijo esto, sino 'que estuvieron en ella'. Ved pues cómo la Sagrada Escritura está llena de sacramentos. Leemos al apóstol Pablo: leemos a Pedro, y lo leemos diciendo: '¿Buscáis una prueba de aquel que habla en mí, Cristo?' (2 Cor. 13).

Et quod Paulus loquitur, loquitur Christus. Qui enim vos recipit, me recipit (Matth. X). Dominus ergo noster atque Salvator, narrat nobis et loquitur, in scripturis principum suorum. Dominus narrabit in Scripturis populorum: in Scripturis sanctis. Quae Scriptura populis omnibus legitur, hoc est, ut omnes intelligant. Quod dicit, hoc est: Sicut scripserunt apostoli, sic et ipse Dominus, hoc est, per Evangelia sua locutus est, non ut pauci intelligerent, sed ut omnes. Plato scripsit in scriptura, sed non scripsit populis, sed paucis. Vix enim intelligunt tres homines. Isti vero, hoc est, principes Ecclesiae et principes Christi, non scripserunt paucis, sed universo populo. Et principum, hoc est, apostolorum, et evangelistarum, horum qui fuerunt in ea. Videte quid dicat: Qui fuerunt, non qui sunt: ut, exceptis apostolis, quodcumque aliud postea dicetur, abscindatur, non habeat postea auctoritatem. Quamvis ergo sanctus sit aliquis post apostolos: quamvis disertus sit, non habet auctoritatem. Quoniam Dominus narrat in scriptura populorum, et principum horum qui fuerunt in ea.

Sicut laetantium omnium, habitatio est in te. Propheta loquitur ad Ecclesiam, et dicit ei: Sicut laetantium omnium habitatio est in te. Quare non dixit: laetantium omnium habitatio est in te: sed dixit, sicut laetantium omnium? Dicitur in alio psalmo: In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati (Psal. CXXX), et non dixit, consolati. Sic et in isto loco dicit: Sicut laetantium omnium habitatio in te. Hoc totum quare dixit? Quoniam in praesenti saeculo quamvis aliquis sanctus sit, quamvis renuntiet saeculo, non habet perfectam victoriam. Denique dicitur in Evangelio: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur (Matth. V). Si autem dictum est: Beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt: manifestum est, quoniam in praesenti saeculo non est certa laetitia: ergo laetitia nostra quasi laetitia est. Habitatio in te. Videte quid dicat, ut aliquis numquam recedat ab Ecclesia. Scire debemus, quoniam quod interpretati sumus de Ecclesia, potest et intelligi de anima nostra. Si enim Sion interpretatur specula, anima autem nostra, non aliter, nisi semper sublimiora considerat: vera Ecclesia verum templum Christi non est, nisi anima humana. Ecclesia Christi non est alia, nisi anima credentium in Christum. Vos, inquit, estis templum Dei, et spiritus Dei habitat in vobis (I Cor. III). Fundamenta ejus in montibus sanctis, hoc est, Dei fundamenta non sunt, nisi in montibus sanctis, in dogmatibus animae credentis. Diligit Dominus portas Sion. Habet Sion nostra plurimas portas, quas si aperuimus, ingreditur ad nos sponsus, et dormit nobiscum. Denique ipse dicit: Ecce ego sto ante ostium, et pulso: Si quis mihi aperuerit, intrabo et coenabo cum ipso (Apoc. III). Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.

Y lo que Pablo habla, Cristo lo habla. 'Pues el que os recibe, a mí me recibe' (Mt. 10). Nuestro Señor y Salvador, pues, nos cuenta y habla en las escrituras de sus príncipes. El Señor contará en las escrituras de los pueblos: en las Sagradas Escrituras. Cuya Escritura se lee a todos los pueblos, esto es, para que todos entiendan. Lo que dice es esto: Así como escribieron los apóstoles, así también el mismo Señor, esto es, por medio de sus Evangelios, ha hablado, no para que pocos entendieran, sino para que todos lo hicieran. Platón escribió en escritura, pero no escribió para los pueblos, sino para pocos. Pues apenas tres hombres lo entienden. Mas estos, esto es, los príncipes de la Iglesia y los príncipes de Cristo, no escribieron para pocos, sino para todo el pueblo. 'Y de los príncipes', esto es, de los apóstoles y evangelistas, 'de estos que estuvieron en ella'. Ved lo que dice: 'Que estuvieron', no 'que están': para que, exceptuados los apóstoles, cualquier otra cosa que se diga después sea cortada, no tenga después autoridad. Aunque pues sea santo alguno después de los apóstoles, aunque sea elocuente, no tiene autoridad. Porque 'el Señor contará en la escritura de los pueblos, y de estos príncipes que estuvieron en ella'.

'Como de todos los que se alegran, la habitación está en ti'. El profeta habla a la Iglesia, y le dice: 'Como de todos los que se alegran, la habitación está en ti'. ¿Por qué no dijo: 'la habitación de todos los que se alegran está en ti', sino que dijo 'como de todos los que se alegran'? Se dice en otro salmo: 'Al convertir el Señor la cautividad de Sión, fuimos hechos como consolados' (Salmo 125), y no dijo 'consolados'. Así también en este lugar dice: 'Como de todos los que se alegran, la habitación está en ti'. ¿Todo esto por qué lo dijo? Porque en el presente siglo, aunque alguno sea santo, aunque renuncie al siglo, no tiene la victoria perfecta. Finalmente se dice en el Evangelio: 'Bienaventurados los que lugan, porque ellos serán consolados' (Mt. 5). Mas si se ha dicho: 'Bienaventurados los que lloran, porque ellos reirán', es manifiesto que en el presente siglo no hay alegría cierta; por tanto, nuestra alegría es como alegría. 'La habitación está en ti'. Ved lo que dice, para que alguno nunca se retire de la Iglesia. Debemos saber que lo que hemos interpretado sobre la Iglesia, puede también entenderse sobre nuestra alma. Pues si Sión se interpreta 'atalaya', y nuestra alma, si no de otro modo, sino siempre cosas más sublimes considera: la verdadera Iglesia, el verdadero templo de Cristo no es sino el alma humana. La Iglesia de Cristo no es otra sino el alma de los que creen en Cristo. 'Vosotros', dice, 'sois templo de Dios, y el espíritu de Dios habita en vosotros' (1 Cor. 3). 'Sus cimientos en los montes santos', esto es, los cimientos de Dios no están sino en los montes santos, en los dogmas del alma creyente. 'Ama el Señor las puertas de Sión'. Nuestra Sión tiene muchísimas puertas, las cuales si abrimos, entra a nosotros el esposo y duerme con nosotros. Finalmente él mismo dice: 'He aquí yo estoy ante la puerta y llamo: si alguno me abriere, entraré y cenaré con él' (Apoc. 3). 'Cosas gloriosas se dicen de ti, ciudad de Dios'.

Civitas non est unum aedificium, sed in multis aedificiis consistit. Sic et Sion nostra, nisi plures virtutes habuerit, civitas Dei non erit. Memor ero Raab et Babylonis scientium me. Illa quae quondam erat in latitudine peccatorum, ascendit postea in memoriam Dei.

PSALMUS LXXXVII.

Canticum Psalmi filiis Core: in finem pro Mahalath, ad respondendum intellectus Heman Israelitae. Iste psalmus passionis Dominicae continet sacramenta, ea proferens usque ad consummationem, quae idem Dominus passus pro mundi salute ad Patrem locutus est.

Domine Deus salutis meae, in die clamavi. In illa claritate tecum degens quam semper habui: poenitentiam populis praedicavi. Et nocte coram te. Inter tenebras Judaeorum.

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam. Quam in hoc corpore positus profundo.

Quia repleta est malis anima mea. Peccatis populi pereuntis. Et via mea in inferno appropinquavit. Cum pro his qui pereunt, trador.

Aestimatus sum cum descendentibus in lacum. Sicut reliquos peccatores me in mortem redigere arbitrati sunt: nec resurgere crediderunt. Factus sum sicut homo sine adjutorio. Cum non est libertati meae socius in inferno: nec adjutor ad liberandum. Inter mortuos liber. Nemo me in inferno vinxit: sed ego vinctorum catenam propria virtute laxavi.

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris: quorum non es memor amplius. Sicut satiati divitiis saeculi, et in stupris atque obscoenitatibus sepulti, a te non memorantur, ita et ego a corde raptus sum Judaeorum. Et ipsi de manu tua repulsi sunt. A virtute tua separati.

Posuerunt me in lacu inferiori. Cum latronibus et peccatoribus obnoxiis. In tenebris et in umbra mortis. Ad infernales angustias, in quibus mors sola dominabitur.

Super me confirmatus est furor tuus, et omnes fluctus tuos induxisti super me. Iram et procellam macellationis furoris tui, quas in gentibus effusurus eras, super me induxisti, qui peccata eorum suscepi: sicut alibi ait: Propter peccata populi mei percussi eum (Isai. LIII).

Longe fecisti notos meos a me. Angelos vel apostolos, ut nullus praeberet auxilium. Nam et ego poteram te rogare, Pater, ut exhiberes mihi plusquam duodecim legiones angelorum (Matt. XXVI), sed silui, ut implerentur Scripturae. Posuerunt me abominationem sibi. Non noti, sed Judaei.

Una ciudad no es un edificio, sino que consiste en muchos edificios. Así también nuestra Sión, si no tuviere muchas virtudes, ciudad de Dios no será. 'Me acordaré de Rahab y de Babilonia que me conocen'. Aquella que en otro tiempo estaba en la latitud de los pecados, ascendió después a la memoria de Dios.

SALMO 87.

Cántico del Salmo para los hijos de Coré: al fin, por Maalat, para responder, entendimiento de Hemán el Israelita. Este salmo contiene los sacramentos de la Pasión del Señor, profiriendo aquellas cosas hasta la consumación, que el mismo Señor, habiendo padecido por la salud del mundo, habló al Padre.

'Señor Dios de mi salud, en el día clamé'. Viviendo contigo en aquella claridad que siempre tuve: prediqué la penitencia a los pueblos. 'Y en la noche ante ti'. Entre las tinieblas de los judíos.

'Entre en tu presencia mi oración: inclina tu oído a mi petición'. La cual yo, puesto en este cuerpo, derramo desde lo profundo.

'Porque llena está de males mi alma'. Por los pecados del pueblo que perece. 'Y mi vida al infierno se acercó'. Cuando por estos que perecen, soy entregado.

'Estimado he sido con los que descienden al lago'. Así como a los demás pecadores pensaron reducirme a la muerte: ni creyeron que resurgiría. 'He sido hecho como hombre sin ayuda'. Cuando no hay para mi libertad compañero en el infierno: ni ayudante para liberar. 'Entre los muertos libre'. Nadie me ató en el infierno: sino que yo la cadena de los atados por mi propia virtud aflojé.

'Como los heridos que duermen en los sepulcros: de los cuales no te acuerdas más'. Así como los saciados de las riquezas del siglo, y en los estupros y obscenidades sepultados, por ti no son recordados, así también yo del corazón fui arrebatado de los judíos. 'Y ellos de tu mano han sido repelidos'. De tu virtud separados.

'Me pusieron en el lago inferior'. Con los ladrones y pecadores culpables. 'En las tinieblas y en la sombra de la muerte'. Hacia las angustias infernales, en las cuales la muerte sola dominará.

'Sobre mí se ha confirmado tu furor, y todas tus olas indujiste sobre mí'. La ira y la tormenta de la carnicería de tu furor, las cuales en las gentes habías de derramar, sobre mí las indujiste, que sus pecados asumí: como en otro lugar dice: 'Por los pecados de mi pueblo lo herí' (Isaías 53).

'Alejaste de mí a mis conocidos'. Los ángeles o los apóstoles, para que ninguno prestara auxilio. Pues también yo podía rogarte, Padre, que me exhibieras más de doce legiones de ángeles (Mt. 26), pero callé, para que se cumplieran las Escrituras. 'Me pusieron por abominación para sí'. No los conocidos, sino los judíos.

Traditus sum morti, et non egrediebar. Non sum disjunctus a paterna divinitate: sed nec de sepulcro statim prodii, ut dilatio resurrectionis veritatem ostenderet mortis. Oculi mei languerunt prae inopia. Sensus utique tenuitate, cum apostoli, relicto eo, vel fugerunt, vel negaverunt: quia eum resurgere nescierunt, sicut ille dilectus discipulus. Nondum enim sciebat Scripturas, quia oporteret illum a mortuis resurgere.

Clamavi ad te, Domine. Dicens: Eli eli lamma azabthani (Matt. XXVII). Tota die expandi manus meas ad te. Extensus in cruce.

Numquid mortuis facies mirabilia? Non illis qui viventes mortui sunt, sed mihi qui in te vivo. Aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi. Non aromata medicorum, sed tu, Pater, me resuscitas. Neque illi, sed ego confitebor tibi in populis.

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, et veritatem tuam in perditione? Non te laudabit sepultus in divitiis saeculi, neque habitans in perditione peccati.

"Adoradle todos los ángeles de él." Los anunciadores del reino de aquel. "Oyó y se alegró Sión." La Iglesia que la gloria de él especulaba.

"Y exultaron las hijas de Judá." Las almas de los confesores. "Por tus juicios, Señor." Porque los custodiaron.

"Porque tú Señor Altísimo sobre toda la tierra: nimiamente superexaltado eres sobre todos los dioses." Y no solo sobre los dioses, sino también sobre los cielos de los cielos.

"Los que amáis al Señor," el cual solo es bueno; "odiad el mal," al diablo. "Custodia el Señor las almas de sus santos: de mano del pecador las librará." Para que no a ellos algo dañe.

"Luz nacida es para el justo." Cristo refulge en el corazón de él. "Y para los rectos de corazón alegría." Porque a quien esperaban, discernir merecieron.

"Alegraos justos en el Señor, y confesad a la memoria de la santidad de él." Los que a él en la luz del recto corazón contempláis, continuamente coloadad, o la santidad de él: porque de vosotros memorioso fue, para que santificara: o la piedad, por la cual a vosotros en su reino adscribió. El cual a nosotros preste dignarse, para que, la luz de él en nuestros corazones naciendo, merezcamos por él de las presentes cosas ser arrancados: de cuya somos por el bautismo de las noxas originales librados. A él la gloria con el eterno Padre y el Espíritu santo por los siglos de los siglos. Amén.

SALMO 97

"Salmo de David."

Este salmo la voz del profeta conteniendo, la potencia narra del nombre Dominical y de la virtud.

Cantate Domino canticum novum. Canticum novum, est Dei Filius crucifixus, quod numquam auditum fuerat. Nova res, novum habet canticum. Cantate Domino canticum novum. Homo quidem est, qui passus est: sed vos cantate Domino. Passus est quidem quasi homo, sed salvavit quasi Deus. Cantate Domino canticum novum. Canticum novum, mereatur nomen novum. Propterea dicitur et alibi: Et vocabitur, inquit, nomen novum (Isai. LXII). Novum nomen, novum meretur canticum. Et in Apocalypsi dicitur: Qui vicerit, inquit, dabo ei calculum, et nomen novum scribam super eum (Apoc. III). Nomen novum Christianorum est. Cantate Domino. Quare? Quid enim fecit? Quare enim novum mereatur canticum? Quia mirabilia fecit. Signa fecit in Judaeis: paralyticos sanavit: leprosos purgavit: mortuos suscitavit. Hoc et alii fecerunt prophetae. Vertit panes paucos in plures, et pavit infinitum populum. Hoc fecit et Eliseus. Quid ergo fecit novi, ut mereatur novum canticum? Vultis scire quid novum fecerit Deus? Quasi homo mortuus est, ut homines viverent. Filius Dei crucifixus est, ut nos levaret ad coelum. Quoniam mirabilia fecit. Vultis scire quoniam mirabilia fecit? Filius viduae jacebat in coenaculo: venit Eliseus et contraxit se, et os ad os posuit, et manus ad manus, et pedes ad pedes (IV Reg. IV). Si enim expandisset se, non reversus esset filius viduae. Ideo se contraxit, ut vivificaret. Cum esset in forma Dei: ideo accepit formam hominis (Philip. II): ideo se contraxit, ut nos faceret altiores.

Salvavit sibi dextera ejus. Quod dicit, hoc est: Salvavit homines, non alienum, sed suum opus, hoc est, quod fecerit sibi, sibi ipse salvavit. Fecerat hominem in salutem, qui vitio suo perierat. Iste mortuus est, ut salvaret sibi hominem dextera sua. Dextera hic pro virtute ponitur, et brachium pro robore. Et brachium sanctum ejus. Licet et brachium, et dextera Christus dicatur: Dextera Domini fecit virtutem, et brachium Domini cui revelatum est (Psal. CXVII), tamen hic de Christo dicitur.

Notum fecit Dominus salutare suum. Non dixit, ostendit, sed, notum fecit. Quod dicit, hoc est; quod ante noverant Deum, et suo vitio obliti sunt. Ergo Deus veniens, sua gratia hoc quod perdiderant, manifestavit eis. Ergo hoc dicit: Ille quem noverat Adam, quem noverat Seth (Gen. IV): quem noverat Enoch: qui invocavit Dominum, et speravit in eum: et noverat Noe: et postea oblitus fuerat humanum genus, venit iterum in mundum, ut homines qui postea obliti fuerant, iterum cognoscerent. Notum fecit Dominus salutare suum. In Hebraico legitur: Notum fecit Dominus Jesum suum.

"Cantad al Señor un cántico nuevo". El cántico nuevo es el Hijo de Dios crucificado, lo cual nunca había sido oído antes. Una cosa nueva tiene un cántico nuevo. "Cantad al Señor un cántico nuevo". Es en efecto un hombre quien padeció: pero vosotros, cantad al Señor. Padeció ciertamente como hombre, pero salvó como Dios. "Cantad al Señor un cántico nuevo". Un cántico nuevo merezca un nombre nuevo. Por eso se dice también en otra parte: "Y se llamará", dice, "un nombre nuevo" (Is. 62). Un nombre nuevo merece un cántico nuevo. Y en el Apocalipsis se dice: "Al que venciere", dice, "le daré una piedrecita, y un nombre nuevo escribiré sobre ella" (Apoc. 3). El nombre nuevo es el de los cristianos. "Cantad al Señor". ¿Por qué? ¿Pues qué hizo? ¿Por qué, en efecto, merezca un cántico nuevo? "Porque maravillas hizo". Hizo señales entre los judíos: sanó paralíticos, limpió leprosos, resucitó muertos. Esto también otros profetas hicieron. Convirtió unos pocos panes en más, y alimentó a un pueblo infinito. Esto hizo también Eliseo. ¿Qué hizo, pues, de nuevo, para que merezca un cántico nuevo? ¿Queréis saber qué cosa nueva haya hecho Dios? Como hombre murió, para que los hombres vivieran. El Hijo de Dios fue crucificado, para que a nosotros nos levantara al cielo. "Porque maravillas hizo". ¿Queréis saber porque maravillas hizo? El hijo de la viuda yacía en el cenáculo: vino Eliseo y se contrajo, y puso boca a boca, y manos a manos, y pies a pies (4 Rey. 4). Pues si se hubiera expandido, no hubiera vuelto el hijo de la viuda. Por eso se contrajo, para vivificar. Como estuviera en la forma de Dios: por eso tomó la forma de hombre (Fil. 2): por eso se contrajo, para hacernos a nosotros más altos.

"Salvó para sí su diestra". Lo que dice es esto: Salvó a los hombres, no una obra ajena, sino la suya, esto es, lo que hubiera hecho para sí, él mismo lo salvó para sí. Había hecho al hombre para la salvación, el cual por su vicio había perecido. Este murió, para que salvara para sí al hombre con su diestra. La diestra aquí se pone por la virtud, y el brazo por la fortaleza. "Y su brazo santo". Aunque tanto el brazo como la diestra sean llamados Cristo: "La diestra del Señor hizo virtud", y "¿A quién el brazo del Señor ha sido revelado?" (Sal. 117), sin embargo aquí de Cristo se dice.

"Notorio hizo el Señor su salvación". No dijo, mostró, sino "notorio hizo". Lo que dice es esto: que antes conocían a Dios, y por su vicio lo olvidaron. Por tanto, viniendo Dios, por su gracia esto que habían perdido les manifestó. Por tanto esto dice: Aquel a quien había conocido Adán, a quien había conocido Set (Gén. 4), a quien había conocido Enoc (quien invocó al Señor y esperó en él), y había conocido Noé, y después había olvidado el género humano, vino otra vez al mundo para que los hombres que después habían olvidado, otra vez conocieran. "Notorio hizo el Señor su salvación". En el hebreo se lee: "Notorio hizo el Señor a su Jesús".

Ubicumque enim Salvator dicitur, in Hebraico Jesus ponitur. In conspectu gentium revelavit justitiam suam. Nequaquam in sola Judaea, sed, in conspectu gentium. Justum enim erat, ut Salvator salvaret creaturam suam. Revelavit justitiam suam, quae incredulitate hominum fuerat obscurata.

Recordatus est misericordiae suae. Conclusit omnia sub peccato, ut omnibus misereatur (Rom. XI). Et veritatis suae domui Israel. Misericordiae recordatur: veritatem implet. Recordatus est misericordiae suae, hoc est, in gentium populo. Et veritatem suam domui Israel. Hoc opere complens, quod patriarchis promiserat.

Viderunt omnes fines terrae salutare Dei nostri. Non solus Israel vidit et Juda, sed, omnes fines: simulque secundum mysticum intellectum, fines terrae. Quamdiu in medio terrae sumus, Deum videre non possumus. Quando ergo quasi relinquimus terram, et in summitate sumus, tunc meremur videre Deum. Vultis scire quomodo fines terrae videant Deum? Legimus in Ezechiel: Et rotae, inquit, illae quae volvuntur, dicebatur eis, Gelgel, quod dicitur revolutio (Ezech. I). Gel enim volutio: Gelgel, revolutio. Rotae ergo illae audiunt, revolutio. Quoniam rota quasi parvo quodam spatio terram tangit, et tota festinat ad coelum. Ideo dicitur et in alio loco: Sancti lapides volvuntur super terram (Zach. IX). Et quid dicitur in Ezechiele? Quocumque, inquit, ibat spiritus, illuc sequebantur et rotae. Et nos sequamur Spiritum sanctum, ut dicamur rotae. Et quid dicitur ibi? Et non, inquit, ibant retrorsum, sed semper ibant ante se. Simulque considerate quid dicat: Non, inquit, revertebantur, sed semper ante se ibant. Praeteritorum enim obliviscebantur, et ad priora se extendebant (Philip. III). Et plena erant, inquit, oculis. Omnia enim rotarum istarum plena erant lumine Dei. Non est istius temporis, ut de rotis, et de Cherubim, et de animalibus Ezechiel disputemus.

Jubilate Deo, omnis terra. Non solum Judaea, sed, omnis terra, jubilate Domino. Signa mittite victoris exercitus. Cantate, et exsultate, et psallite. Cantate, cogitatione: psallite, verbo, hoc est, omnibus membris vestris. Psallat manus in eleemosyna: psallat pes vadens in opere bono.

Psallite Domino in cithara. Omnes cordae vestrae vocales sint. Non potest esse cithara, si una corda defuerit. Quid tibi prodest si sis castus, si sis largus in eleemosyna, et invidiosus sis? Quid tibi prodest, si sex cordas integras habueris, et unam ruptam? Si una corda defuerit, perfectus citharae sonus esse non poterit. In tubis ductilibus, et voce tubae corneae. Legimus in Numerorum libro, duo genera esse tubarum: unum genus esse tubarum ductile ex argento; aliud esse genus tubarum cornearum (Num. X). Ergo hic utrumque dicitur: In tubis ductilibus, et voce tubae corneae.

Pues dondequiera que se dice "Salvador", en el hebreo se pone "Jesús". "En la presencia de las gentes reveló su justicia". De ninguna manera solo en Judea, sino "en la presencia de las gentes". Pues justo era que el Salvador salvara a su criatura. Reveló su justicia, la cual por la incredulidad de los hombres había sido oscurecida.

"Se acordó de su misericordia". Concluyó todo bajo pecado para que de todos se compadezca (Rom. 11). "Y de su verdad para la casa de Israel". De la misericordia se acuerda; la verdad cumple. "Se acordó de su misericordia", esto es, en el pueblo de las gentes. "Y de su verdad para la casa de Israel". Con esta obra cumpliendo lo que a los patriarcas había prometido.

"Vieron todos los confines de la tierra la salvación de nuestro Dios". No solo Israel vio y Judá, sino "todos los confines": y a la vez según el entendimiento místico, "los confines de la tierra". Mientras estamos en medio de la tierra, a Dios ver no podemos. Por tanto, cuando como que dejamos la tierra, y estamos en la cumbre, entonces merecemos ver a Dios. ¿Queréis saber cómo los confines de la tierra ven a Dios? Leemos en Ezequiel: "Y las ruedas", dice, "aquellas que daban vueltas, se les decía, Gelgel, que se dice revolución" (Ezeq. 1). Pues "Gel" es volución; "Gelgel", revolución. Las ruedas, por tanto, oyen, revolución. Porque la rueda como por un cierto pequeño espacio toca la tierra, y toda ella se apresura hacia el cielo. Por eso se dice también en otro lugar: "Piedras santas se vuelven sobre la tierra" (Zac. 9). ¿Y qué se dice en Ezequiel? "A cualquier parte", dice, "que iba el espíritu, allí seguían también las ruedas". Y nosotros sigamos al Espíritu Santo, para que seamos llamados ruedas. ¿Y qué se dice allí? "Y no", dice, "iban hacia atrás, sino que siempre iban ante sí". Y a la vez considerad qué diga: "No", dice, "volvían, sino que siempre ante sí iban". Pues de las cosas pasadas se olvidaban, y a las anteriores se extendían (Filip. 3). "Y llenas estaban", dice, "de ojos". Pues todas estas ruedas estaban llenas de la luz de Dios. No es de este tiempo que sobre las ruedas, y sobre los Querubines, y sobre los animales de Ezequiel disputemos.

"Jubilad a Dios, toda la tierra". No solo Judea, sino "toda la tierra, jubilad al Señor". Enviad señales de ejército vencedor. "Cantad, y exultad, y salmead". Cantad, con el pensamiento; salmead, con la palabra, esto es, con todos vuestros miembros. Salmee la mano en la limosna; salmee el pie yendo en la obra buena.

"Salmead al Señor con la cítara". Todas vuestras cuerdas sean vocales. No puede haber cítara si una cuerda faltare. ¿Qué te aprovecha si fueras casto, si fueras largo en la limosna, y fueras envidioso? ¿Qué te aprovecha si seis cuerdas íntegras tuvieras, y una rota? Si una cuerda faltare, el perfecto sonido de la cítara ser no podrá. En trompetas dúctiles, y voz de trompeta córnea". Leemos en el libro de los Números que hay dos géneros de trompetas: un género de trompetas dúctil de plata; otro género de trompetas córneas (Núm. 10). Por tanto aquí entrambos se dicen: "En trompetas dúctiles, y voz de trompeta córnea".

Quod dicitur, hoc est? Tuba ductilis ex argento, sermo Dei est, et eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, purgatum septuplum (Ps. XI et XIV). Rursum, in voce tubae corneae, hic regnans inducitur vir Dei. In Scripturis proprie cornu pro regno dicitur, et pro potentia: sicut ibi scriptum est: Erexit cornu salutis nobis (Luc. I). Et in alio loco scriptum est: In te inimicos nostros ventilabimus cornu (Ps. XLIII). Ergo videte hic quid dicat: Duas habetote tubas, et argenteam, et corneam. Argenteam, ut habeatis sermonem: corneam, ut habeatis virtutem. Vultis scire quoniam cornu semper in bonam partem ponitur. Legimus in Levitico: Nullum: animal offeratur, nisi quodcumque cornutum est. Tria genera animalium offeruntur: bos, qui cornu habet, et aries, qui cornu habet, et hircus, qui cornu habet. Sine causa putas dicitur, ut nullum offeratur animal, nisi quod cornutum est? Et nos ergo quamdiu habemus cornu, meremur victima esse Dei. Si autem cornu nostrum fuerit excussum, quasi debiles sumus, et inter sacerdotes Dei venire non possumus. Moveatur mare et plenitudo ejus. Moveatur mare, et amarae aquae mutentur in dulces. Denique et Mara mutata est et facta est in dulcem saporem (Exod. XV). Aquam illam amaram non fecit aliud dulcem, nisi lignum crucis, quod missum erat in eam. Mihi videtur amarum mare, lex esse Moysi. Hoc est quod dicitur mara, hoc est, amara. Haec amara aqua legis veteris, accepit lignum crucis, et effecta est dulcis.

Flumina plaudent manu simul. Interrogemus Judaeos, qui secundum litteram intelligunt: flumina ventrem habent: flumina voces habent: flumina pedes habent: flumina manus habent. Dicat aliquis: Non est scriptum de ventre, de pedibus. Sed dico tibi: ex uno membro intelligimus et caetera. Non enim possumus intelligere manus sine pedibus, sine ventre, sine membris caeteris. Flumina plaudent manu simul. Flumina quae biberunt de fonte Jesu. Me, inquit, dereliquerunt fontem aquae vivae (Jerem. II). Flumina ipsa de fonte Christi currunt. Ille fons est; nos flumina sumus: si tamen meremur esse flumina. Christus, fons est: sancti, flumina sunt. Qui autem inferiores sunt, rivuli sunt. Alii vero torrentes sunt. Qui sunt torrentes? Qui ad horam habent aquas, et, tentatione veniente, siccantur. Flumina plaudent manu simul. Non est unum flumen, plura sunt flumina. Quot sancti sunt, tot et flumina sunt. Sed ista flumina non habent inter se dissensionem. Quoniam sunt flumina Christi, propterea habent inter se concordiam. Flumina plaudent manu simul. Plaudent, quia opera sanctorum, laus Dei est. Christus non voce laudatur, sed opere. Non audit vocem, sed opera. Flumina plaudent manu simul.

¿Qué se dice, es esto? La trompeta dúctil de plata, el sermón de Dios es, y las palabras del Señor, palabras castas: plata por fuego examinada, purificada siete veces (Sal. 11 y 14). De nuevo, "en la voz de la trompeta córnea", aquí reinante se introduce el varón de Dios. En las Escrituras propiamente el cuerno por el reino se dice, y por la potencia; como allí está escrito: "Erigió un cuerno de salvación para nosotros" (Luc. 1). Y en otro lugar está escrito: "En ti a nuestros enemigos aventaremos con el cuerno" (Sal. 43). Por tanto ved aquí qué diga: Tened dos trompetas, tanto la argéntea como la córnea. La argéntea, para que tengáis el sermón; la córnea, para que tengáis la virtud. ¿Queréis saber que el cuerno siempre en buena parte se pone? Leemos en el Levítico: Ningún animal se ofrezca, sino cualquiera que sea cornudo. Tres géneros de animales se ofrecen: el buey, que cuerno tiene, y el carnero, que cuerno tiene, y el macho cabrío, que cuerno tiene. ¿Sin causa piensas que se dice, que ningún animal se ofrezca sino el que es cornudo? Y nosotros, por tanto, mientras tenemos cuerno, merecemos ser víctima de Dios. Pero si nuestro cuerno hubiera sido sacudido, como débiles somos, y entre los sacerdotes de Dios venir no podemos. "Muévase el mar y la plenitud de él". Muévase el mar, y las amargas aguas se muden en dulces. Finalmente también Mara fue mudada y hecha en dulce sabor (Éxod. 15). Al agua aquella amara no la hizo otra cosa dulce, sino el leño de la cruz, que había sido enviado a ella. A mí me parece el mar amargo, la ley ser de Moisés. Esto es lo que se dice mara, esto es, amarga. Esta amarga agua de la ley vieja recibió el leño de la cruz, y fue hecha dulce.

"Los ríos aplaudirán con la mano a la vez". Interroguemos a los judíos, que según la letra entienden: ¿los ríos vientre tienen? ¿los ríos voces tienen? ¿los ríos pies tienen? ¿los ríos manos tienen? Diga alguno: No está escrito del vientre, de los pies. Pero digo a ti: de un solo miembro entendemos también lo demás. Pues no podemos entender manos sin pies, sin vientre, sin los demás miembros. "Los ríos aplaudirán con la mano a la vez". Los ríos que bebieron de la fuente de Jesús. "A mí", dice, "me dejaron, fuente de agua viva" (Jer. 2). Los ríos mismos de la fuente de Cristo corren. Él es la fuente; nosotros los ríos somos: si sin embargo merecemos ser ríos. Cristo es la fuente; los santos los ríos son. Los que son inferiores, los riachuelos son. Otros en cambio los torrentes son. ¿Quiénes son los torrentes? Los que a la hora tienen aguas, y, viniendo la tentación, se secan. "Los ríos aplaudirán con la mano a la vez". No es un solo río, muchos son los ríos. Cuantos santos son, tantos también ríos son. Pero estos ríos no tienen entre sí disensión. Porque son ríos de Cristo, por eso tienen entre sí concordia. "Los ríos aplaudirán con la mano a la vez". Aplaudirán, porque la obra de los santos es la alabanza de Dios. Cristo no es alabado con la voz, sino con la obra. No oye la voz, sino las obras. "Los ríos aplaudirán con la mano a la vez".

Propterea dicit et ipse in Evangelio: Qui sitit, veniat et bibat, et fluent, inquit, flumina de ventre ejus (Joan. VII). Montes exsultabunt in conspectu Domini. Quid simile flumina et montes? Sed quoniam de perfectis sanctis dicit, non dixit, rivuli plaudent manu simul: sed, flumina plaudent manu simul. Videte ordinem: Moveatur mare, et totus orbis. Flumina plaudent manu simul. Montes nihilominus, qui ad summam justitiam pervenerunt. Dicam et aliter: Moveatur mare, quod ante fuerat immotum, moveatur in adventu Christi. Moveatur mare, jam diximus, hoc est, lex Moysi. Flumina plaudent manu simul, hoc est, prophetae. Montes exsultabunt a conspectu Domini, hoc est, apostoli. Quoniam venit judicare terram. Nequaquam venit humilis tantum in carne, sed gloriosus venit in majestate sua. Quoniam venit judicare.

Judicabit orbem terrarum in justitia, et populos in aequitate. Justitia ponitur et aequitas. Primum justitia ponitur, et postea aequitas, εὐθύτης proprie dicitur, quae pravum rectum facit. Venit ergo judicare in sua justitia, ut quod pravum est, in illo rectum fiat. Cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

PSALMUS XCVIII.

Psalmus David.

Iste psalmus vocem continet prophetae sacerdotis Domini, commonentis ad Dei omnipotentis gratiam referendam.

Dominus regnavit, irascantur populi. Tres psalmi idem habent principium: nonagesimus secundus, et nonagesimus sextus, et nonagesimus octavus. Sed cum idem habeant principium in versiculo, in fine diversi sunt. Quando enim dicitur in nonagesimo secundo: Dominus regnavit, decorem indutus est; in nonagesimo vero sexto: Dominus regnavit, exsultet terra; in nonagesimo autem octavo: Dominus regnavit, irascantur populi: videtur quasi ordo sibi esse contrarius. Debuit enim primum dicere: Dominus regnavit, irascantur populi; et postea dicere: Dominus regnavit, exsultet terra; et in ultimo: Dominus regnavit, decorem indutus est. Verum diversus ordo dat nobis aliquam intelligentiae suspicionem. Dominus regnavit, decorem indutus est. Dominus regnavit, et indutus est patriarchis, et prophetis, et populo credenti. Decorem indutus est, quia patriarchae et prophetae, quasi Christi vestimentum fuerunt. Illud est perizoma, quod in Jeremia scribitur: illud est perizoma, quod habuit, circa lumbos suos, Jeremias.

Por eso dice también él mismo en el Evangelio: "El que tenga sed, venga y beba, y fluirán", dice, "ríos de su vientre" (Juan 7). "Los montes exultarán en la presencia del Señor". ¿Qué de similar los ríos y los montes? Pero porque de los perfectos santos dice, no dijo: los riachuelos aplaudirán con la mano a la vez; sino "los ríos aplaudirán con la mano a la vez". Ved el orden: "Muévase el mar", y todo el orbe. "Los ríos aplaudirán con la mano a la vez". Los montes nada menos, que a la suma justicia llegaron. Diré también de otro modo: "Muévase el mar", que antes había sido inmoto, muévase en el advenimiento de Cristo. "Muévase el mar", ya dijimos, esto es, la ley de Moisés. "Los ríos aplaudirán con la mano a la vez", esto es, los profetas. "Los montes exultarán por la presencia del Señor", esto es, los apóstoles. "Porque vino a juzgar la tierra". De ninguna manera vino humilde tanto en la carne, sino glorioso vino en su majestad. "Porque vino a juzgar".

"Juzgará al orbe de las tierras en justicia, y a los pueblos en equidad". La justicia se pone y la equidad. Primero la justicia se pone, y después la equidad; "euthytes" propiamente se dice, la cual lo torcido recto hace. Vino, pues, a juzgar en su justicia, para que lo que es torcido, en él recto se haga. Al cual sea la gloria por los siglos de los siglos. Amén.

SALMO 98.

"Salmo de David".

Este salmo la voz contiene del profeta, sacerdote del Señor, que amonesta a referir la gracia de Dios omnipotente.

"El Señor reinó, írense los pueblos". Tres salmos tienen el mismo principio: el nonagésimo segundo, y el nonagésimo sexto, y el nonagésimo octavo. Pero aunque tengan el mismo principio en el versículo, en el fin son diversos. Pues cuando se dice en el nonagésimo segundo: "El Señor reinó, de decoro vestido está"; en el nonagésimo sexto: "El Señor reinó, exulte la tierra"; en el nonagésimo octavo: "El Señor reinó, írense los pueblos": parece como que el orden fuera contrario a sí mismo. Pues debió primero decir: "El Señor reinó, írense los pueblos"; y después decir: "El Señor reinó, exulte la tierra"; y en lo último: "El Señor reinó, de decoro vestido está". Pero el diverso orden nos da alguna sospecha de inteligencia. "El Señor reinó, de decoro vestido está". El Señor reinó, y se vistió de los patriarcas, y de los profetas, y del pueblo creyente. De decoro está vestido, porque los patriarcas y los profetas como que fueron la vestidura de Cristo. Aquel es el perizoma que en Jeremías se escribe: aquel es el perizoma que tuvo Jeremías alrededor de sus lomos.

Vultis scire quoniam sancti quasi perizoma, vestimentum Dei sunt (Jerem. XIII, 11)? Propterea ipse Deus loquitur ad Jeremiam: Sicut tu, inquit, posuisti lumbare istud ad lumbos tuos: ita et ego applicavi populum meum ad me. Quomodo ergo vestimentum circa hominem: sic populus circa Deum. Verum quia hoc perizoma, verum quia hic decor, quo Dominus fuerat indutus, trans Euphraten expositus est in foramine petrae, et ibi computruit, et ab Assyriis ductus est in captivitatem: Dominus quid facit? Non est nudus, non potest esse sine lumbari, et non potest esse sine veste; priore populo perdito, facit sibi vestem de populo gentilium. Et quid dicitur: Dominus regnavit, exsultet terra. Exsultet terra universa, hoc est, credentium populus. Denique, vultis scire quoniam secundum lumbare de gentium populo dicitur? Dominus, inquit, regnavit, exsultet terra: laetentur insulae multae. Non una insula Judaea, sed insulae multae, hoc est, totus mundus. Dicat mihi aliquis: Da mihi exemplum de Scripturis, ubi Judaea sola insula dicta sit. Omne quod loquimur, debemus affirmare de Scripturis sanctis: In ore enim duorum et trium testium stabit omne verbum (Deut. XVII, 6). Non habet tantam auctoritatem sermo dicentis, quantum Domini praeceptum. Legimus in propheta Ezechiel: Et tu, inquit, fili hominis, loquere ad habitatores insulae hujus (Ezech. XXVII), hoc est, Judaeae. Quoniam ergo una insula dimissa est, nunc dicitur: Laetentur insulae multae. Tergo lumbare dicitur in priori populo: Dominus regnavit, decorem indutus est. In secundo populo de gentibus congregato: Dominus regnavit, exsultet terra; laetentur insulae multae. Nunc in tertio dicitur: Dominus regnavit, irascantur populi. Sive de Gentibus, sive de Judaeis sunt: quicumque non credunt: irascantur. Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania (Psal. II)? Dominus regnavit, irascantur populi. Dominus passus est: Dominus crucifixus est: Dominus mortuus est: Dominus resurrexit: Dominus ad coelum victor ascendit. Dominus regnavit, irascantur populi. Qui sunt isti populi? Dicamus exemplum de Evangelio: Quidam paterfamilias ivit accipere sibi regnum de longe (Luc. XIX). Quid longius, quam coelum a terra? Dereliquit terram: ivit ad coelos, ut acciperet sibi regnum. Et cives, inquit, illi qui oderant eum, miserunt legationem, dicentes: Nolumus eum regnare super nos. Verum ille accepit regnum, et venit ad cives pessimos. Venit ad illos, qui regem eum nolebant habere. Et nunc dicit Spiritus sanctus ad cives malos: Velitis, nolitis, Dominus regnavit, irascantur populi. O clementia Spiritus sancti: non dixit, pereant: sed, irascantur. Vitium voluit significare, non poenas. Illi irascuntur, et Dominus deprecatur. Et quid dicit? Venite ad me, omnes, qui laboratis et onerati estis (Matt. XI).

¿Queréis saber que los santos como el perizoma son la vestidura de Dios (Jer. 13, 11)? Por eso el mismo Dios habla a Jeremías: "Como tú", dice, "pusiste este lumbare a tus lomos: así también yo apliqué a mi pueblo a mí". Como por tanto la vestidura está alrededor del hombre: así el pueblo alrededor de Dios. Pero porque este perizoma, pero porque este decoro con el que el Señor había sido vestido, fue expuesto al otro lado del Éufrates en el agujero de una piedra, y allí se pudrió, y por los asirios fue llevado en cautividad: ¿qué hace el Señor? No está desnudo, no puede estar sin lumbare, y no puede estar sin veste; perdido el pueblo anterior, se hace para sí una veste del pueblo de las gentes. ¿Y qué se dice? "El Señor reinó, exulte la tierra". Exulte la tierra entera, esto es, el pueblo de los creyentes. Finalmente, ¿queréis saber que el segundo lumbare del pueblo de las gentes se dice? "El Señor", dice, "reinó, exulte la tierra: alégrense las islas muchas". No una sola isla Judea, sino islas muchas, esto es, todo el mundo. Dígame alguno: Dame un ejemplo de las Escrituras donde Judea sola sea llamada isla. Todo lo que hablamos debemos afirmarlo de las Escrituras santas: "Pues en la boca de dos y tres testigos estará toda palabra" (Deut. 17, 6). No tiene tanta autoridad el sermón del que dice, cuanto el precepto del Señor. Leemos en el profeta Ezequiel: "Y tú, hijo del hombre, habla a los habitantes de esta isla" (Ezeq. 27), esto es, de Judea. Porque por tanto una isla fue dejada, ahora se dice: "Alégrense las islas muchas". Por tanto el lumbare se dice en el pueblo anterior: "El Señor reinó, de decoro vestido está". En el segundo pueblo de las gentes congregado: "El Señor reinó, exulte la tierra; alégrense las islas muchas". Ahora en el tercero se dice: "El Señor reinó, írense los pueblos". Ya sean de las gentes, ya sean de los judíos: cualesquiera que no creen: írense. "¿Por qué bramaron las gentes, y los pueblos meditaron cosas vanas" (Sal. 2)? "El Señor reinó, írense los pueblos". El Señor padeció; el Señor fue crucificado; el Señor murió; el Señor resucitó; el Señor al cielo vencedor ascendió. "El Señor reinó, írense los pueblos". ¿Quiénes son estos pueblos? Digamos un ejemplo del Evangelio: "Un cierto padre de familia fue a recibir para sí un reino de lejos" (Luc. 19). ¿Qué hay más lejos que el cielo de la tierra? Dejó la tierra; fue a los cielos, para recibir para sí el reino. "Y los ciudadanos", dice, "aquellos que lo odiaban, enviaron una legación, diciendo: No queremos que él reine sobre nosotros". Pero aquel recibió el reino, y vino a los ciudadanos pésimos. Vino a aquellos que no lo querían tener por rey. Y ahora dice el Espíritu Santo a los ciudadanos malos: Querráis o no querráis, "el Señor reinó, írense los pueblos". Oh clemencia del Espíritu Santo: no dijo: perezcan; sino "írense". El vicio quiso significar, no las penas. Ellos se aíran, y el Señor suplica. ¿Y qué dice? "Venid a mí todos los que trabajáis y estáis cargados" (Mat. 11).

Regnum accepi a Patre, immo homo quem suscepi, do quasi Deus, accipio quasi homo. Qui sedes super Cherubim, moveatur terra. Quamdiu terra immobilis est, sanari non potest. Non de terrae motu loquitur, quo videmus terras concuti, et omne mortalium timere genus; sed de nostra terra loquitur. Quae quamdiu immota fuerit, sanari non potest. Quando vero mota fuerit, et intremuerit, tunc recipiet sanitatem. Super quem, inquit, requiescam, nisi super humilem et quietum, et trementes sermones meos (Isai. LXVI)? Quoniam terra tremens commota est: propterea ille qui sedet super Cherubim incipit sedere in terra tremente. Felix est qui solium Dei est. Felix est in quo Deus semper sedet. Diversa sunt schemata. Aut enim sedemus, aut stamus, aut ambulamus, aut jacemus. Infelix est ille cui jacet Deus: jacet etenim cum jacente. Quomodo plangit cum plangente, et ridet cum ridente: ita et jacet cum jacente. Quomodo sitit cum sitiente, et esurit cum esuriente, et nudus est cum nudo, sic et jacet cum jacente. Qui ergo vulneratus est, et jacet; et ipse quodammodo jacere dicitur cum eo. Qui autem ambulat, et ille ambulat cum eo. Qui ambulat, videtur quidem melior esse ab eo qui jacet, tamen necdum venit ad ejus felicitatem qui stat. Denique et Adam quando se abscondit a facie Dei: ambulabat ei Deus post meridiem (Gen. III). Dicat aliquis: Si Adam offenderat, et de paradiso fuerat ejectus: ergo imperfecta felicitate est cuicumque ambulat Deus. Et ego dico: Si Adam penitus occisus fuisset, et non ei datus fuisset locus poenitentiae, jacuisset ei Deus. Nunc vero quia datur ei locus poenitentiae: propterea ambulat ei Deus.

Dominus in Sion magnus, et excelsus super omnes populos. Ascendens ad coelos, excelsior est omnibus factus: unde nos actusque nostros per singulos dies speculatur.

Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile et sanctum est. Praeparent se sancti ad confitendum nomini tuo: quod est sanctum, siquidem tu dixisti: Sancti estote: quia ego sanctus sum (Levit. XIX et XX). Et honor regis judicium diligit. Debet se prius homo dijudicare, et proprio judicio condemnare mala sua, et sic honoret aeternum regem Deum.

Tu parasti dilectiones in populis. Sed proprio vitio depravati sunt. Judicium et justitiam in Jacob tu fecisti. Non solum in patriarchis: sed etiam in populo Christiano, qui meruit primogenita senioris.

El reino recibí del Padre, o más bien el hombre que asumí, doy como Dios, recibo como hombre. "Tú que te sientas sobre los Querubines, muévase la tierra". Mientras la tierra está inmóvil, sanar no puede. No habla del movimiento de la tierra por el cual vemos las tierras sacudirse y todo género de mortales temer; sino de nuestra tierra habla. La cual mientras inmota estuviere, sanar no puede. Pero cuando movida fuere y temblare, entonces recibirá la sanidad. "¿Sobre quién", dice, "descansaré, sino sobre el humilde y quieto, y los que tiemblan a mis palabras" (Is. 66)? Porque la tierra temblando fue movida: por eso aquel que se sienta sobre los Querubines empieza a sentarse en la tierra que tiembla. Feliz es el que es solio de Dios. Feliz es en el cual Dios siempre se sienta. Diversos son los esquemas. O nos sentamos, o estamos de pie, o caminamos, o yacemos. Infeliz es aquel para el cual yace Dios: pues yace con el que yace. Como llora con el que llora, y ríe con el que ríe: así también yace con el que yace. Como tiene sed con el que tiene sed, y tiene hambre con el que tiene hambre, y está desnudo con el nudo, así también yace con el que yace. El que por tanto fue vulnerado y yace; él también de cierto modo se dice yacer con él. En cambio el que camina, también él camina con él. El que camina parece por cierto ser mejor que el que yace, sin embargo aún no vino a la felicidad de aquel que está de pie. Finalmente también Adán cuando se escondió de la faz de Dios: caminaba para él Dios después del mediodía (Gén. 3). Diga alguno: Si Adán había ofendido, y del paraíso había sido echado: por tanto en imperfecta felicidad está para quienquiera que camina Dios. Y yo digo: Si Adán totalmente hubiera sido muerto, y no se le hubiera dado lugar de penitencia, hubiera yacido para él Dios. Pero ahora, porque se le da lugar de penitencia: por eso camina para él Dios.

"El Señor en Sion es grande, y excelso sobre todos los pueblos". Ascendiendo a los cielos, más excelso fue hecho que todos; desde donde a nosotros y a nuestros actos por cada día especula.

"Confiesen a tu nombre grande: porque terrible y santo es". Prepárense los santos para confesar a tu nombre; el cual es santo, puesto que tú dijiste: "Santos sed, porque yo santo soy" (Lev. 19 y 20). "Y el honor del rey el juicio ama". Debe primero el hombre juzgarse a sí mismo, y por su propio juicio condenar sus males, y así honre al eterno rey Dios.

"Tú preparaste amores en los pueblos". Pero por su propio vicio se han depravado. "El juicio y la justicia en Jacob tú hiciste". No solo en los patriarcas, sino también en el pueblo cristiano, que mereció la primogenitura del mayor.

Exaltate Dominum Deum nostrum. Ut sit excelsus in cordibus vestris. Et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est. Multae de scabello opiniones sunt: sed hic propheta corpus Dominicum dicit, in quo majestas divinitatis tamquam super scabellum stat. Sanctum enim eum dici saepe docuimus. Quod autem adorari debeatur, eo ascendente apostoli docuerunt, cum adorantes regressi sunt in Jerusalem (Act. I). Sed et ad crucem Dominicam, et ad animam sanctam haec referenda sunt.

Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus. Quamquam unus legis, alter sacerdotii regulam teneat: tamen uterque adventum Domini sacerdotali praeconio, vel in legalibus tubis, vel in tintinnabulis nuntiavit. Et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. Samuel Levitici ordinis regulam tenet: quod Ephod illud lineum atque candidum figuravit (II Reg. VI): ostendens candidum effici posse, qui per poenitentiam nomen Domini invocans, lacrymis nigredinem peccati diluerit.

Invocabant Dominum. Apostoli. Et ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. Locutus est Dominus de nube filiis Israel (Exod. XVI et XIX): sed et deinceps affatus est apostolos de velamento carnis assumptae: in quo divinitas obumbrata latebat.

Custodiebant testamentum ejus: et praeceptum quod dedit illis. Nihil de his ad irritum deduxerunt.

Domine Deus noster, tu exaudiebas eos; Deus, tu propitius fuisti eis, et ulciscens in omnes adinventiones eorum. Omnia enim quae agere studuerunt, ad perfectum deduxisti: quia placita erant tibi.

Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate in monte sancto ejus: quoniam sanctus Dominus Deus noster. Sanctos vos exhibete in Ecclesia ejus, sicut ipse eam exhibuit sanctam, non habentem maculam aut rugam (Ephes. V). Qui nobis praestare dignetur, ut modum sacerdotalis ordinis cum sanctitate perfecta tenentes, quae studemus agere de bono, ipse perducere dignetur ad effectum.

PSALMUS XCIX.

Psalmus pro confessione.

Iste psalmus vocem prophetae continet, qui fideles provocat in laudibus Dominicis incessabiliter exercere.

Jubilate Deo omnis terra, servite Domino in laetitia, Qui, excusso a cervicibus vestris legis jugo, non in moerore veteris servitutis, sed in libertate novi hominis exsultatis.

Introite in conspectu ejus in exsultatione. Non jocis turpibus dissolvimini: sed omnia quaecumque facitis, in gloriam Dei facite.

"Exaltad al Señor Dios nuestro". Para que sea excelso en vuestros corazones. "Y adorad el escabel de sus pies, porque santo es". Muchas opiniones hay sobre el escabel; pero aquí el profeta dice el cuerpo Dominical, en el cual la majestad de la divinidad como sobre un escabel está. Pues que sea llamado santo a menudo lo enseñamos. Que en cambio deba ser adorado, al ascender él los apóstoles lo enseñaron, cuando adorando regresaron a Jerusalén (Hech. 1). Pero también a la cruz Dominical y al alma santa estas cosas han de referirse.

"Moisés y Aarón entre sus sacerdotes". Aunque uno de la ley, el otro del sacerdocio la regla tenga; sin embargo entrambos el advenimiento del Señor con pregón sacerdotal, o en las trompetas legales, o en los esquilones anunciaron. "Y Samuel entre los que invocan su nombre". Samuel la regla del orden Levítico tiene; lo cual aquel Efod linio y cándido figuró (2 Rey. 6); mostrando que cándido puede ser hecho quien por la penitencia el nombre del Señor invocando, con lágrimas la negrura del pecado haya diluido.

"Invocaban al Señor". Los apóstoles. "Y él mismo los escuchaba: en columna de nube hablaba a ellos". Habló el Señor de la nube a los hijos de Israel (Éxod. 16 y 19); pero también después habló a los apóstoles desde el velamento de la carne asumida; en el cual la divinidad obumbrada latía.

"Custodiaban su testamento: y el precepto que dio a ellos". Nada de estas cosas al vacío llevaron.

"Señor Dios nuestro, tú los escuchabas; Dios, tú propicio fuiste a ellos, y vengador en todas las invenciones de ellos". Pues todas las cosas que trataron de hacer, a la perfección las llevaste; porque placenteras eran para ti.

"Exaltad al Señor Dios nuestro, y adorad en su monte santo: porque santo es el Señor Dios nuestro". Santos os exhibid en su Iglesia, como él mismo la exhibió santa, no teniendo mancha ni arruga (Ef. 5). El cual a nosotros preste dignarse, para que manteniendo el modo del orden sacerdotal con santidad perfecta, lo que tratamos de hacer de bueno, él mismo se digne llevarlo al efecto.

SALMO 99.

"Salmo para la confesión".

Este salmo la voz contiene del profeta, que provoca a los fieles a ejercitarse en las alabanzas Dominicales incesantemente.

"Jubilad a Dios toda la tierra, servid al Señor en la alegría". Los que, sacudido de vuestras cervices el yugo de la ley, no en el lamento de la antigua servidumbre, sino en la libertad del nuevo hombre exultáis.

"Entrad en su presencia en exultación". No os disolváis por juegos torpes; sino todas las cosas cualesquiera que hagáis, hacedlas para la gloria de Dios.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, et non ipsi nos. Ab eo enim sumus non solum corporaliter facti, sed etiam in novum hominem recreati. Et hoc non nostro merito, sed suo dono.

Nos populus ejus, et oves pascuae ejus. Ipse est pastor bonus, qui animam suam pro ovibus suis posuit (Joan. X). Nos autem sumus oves, qui eum sequimur, et vocem ejus audivimus. Introite portas ejus in confessione. Sicut enim ipse porta est Patris cum dicit: Per me si quis introierit salvabitur (Ibid.), ita et apostoli portae sunt ejus per quas ad eum acceditur: quas nemo potest ingredi, nisi se peccata confitendo purgaverit. Atria ejus in hymnis confitemini illi. Dilatatas ei mentes cum hymnis spiritualibus canticisque deferte.

Laudate nomen ejus, quoniam suavis est Dominus. Nihil enim acerbum habet: In aeternum misericordia ejus. Quia nos redemit, et jugiter salvat. Et usque in generationem, et generationem veritas. Qua populos judicabit. Qui nobis praestare dignetur, ut ab ipso facti, ab ipso redempti, mereamur et in laetitia sempiterna jubilum exsultationis cum gratiarum actione concinere. Ipsi gloria cum aeterno Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

PSALMUS C.

Psalmus ipsi David.

Iste psalmus vocem continet prophetae, Dei misericordias enarrantis.

Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine. Misericordiam audiant peccatores qui desperant de sua salute, qui sunt in poenitentia. Judicium audiant contemptores, qui dicunt: Misericors est Dominus: peccemus, indulgebit nobis.

Psallam et intelligam in via immaculata. Ut intelligat quis quod psallit, et sensus ipsius contempletur psalmum, ut non vagetur mens ejus foras, et corpore quidem videatur psallere, mens autem sine fructu sit. In via immaculata: ut ambulans in hoc mundo juste agam, et maculam non habeam.

Quando venies ad me. Quando autem intellectum recepero, et juste egero: tunc cum fiducia dico ad Dominum: Quando venies ad me? Venies autem, de secundo ejus adventu accipiendum est.

Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus meae. Nihil sic placet Deo, ut simplicitas et innocentia. Denique Spiritus sanctus in aliis volatilibus non complacuit nisi in columba, propter simplicitatem, et in quadrupedibus in ove, propter mansuetudinem.

Non proponebam ante oculos meos rem injustam. Non anteponebam aliquid Domino, neque consentiebam iniquitati: sed totus ad Deum eram.

"Sabed que el Señor mismo es Dios: él nos hizo, y no nosotros a nosotros". Pues por él somos no solo corporalmente hechos, sino también en el nuevo hombre recreados. Y esto no por nuestro mérito, sino por su don.

"Nosotros pueblo de él, y ovejas de su dehesa". Él es el buen pastor, que su alma por sus ovejas puso (Juan 10). Nosotros en cambio somos ovejas, que lo seguimos, y su voz oímos. "Entrad por sus puertas en la confesión". Pues como él mismo es la puerta del Padre cuando dice: "Por mí si alguno entrare será salvo" (Ibíd.), así también los apóstoles puertas son de él por las cuales a él se accede; las cuales nadie puede ingresar, si no se hubiera purgado confesando sus pecados. "En sus atrios en himnos confesad a él". Las mentes dilatadas con himnos espirituales y cánticos ofrecedle.

"Alabad su nombre, porque suave es el Señor". Pues nada acerbo tiene: "Para siempre su misericordia". Porque nos redimió, e incesantemente salva. "Y hasta generación y generación la verdad". Por la cual a los pueblos juzgará. El cual a nosotros preste dignarse, para que por él mismo hechos, por él mismo redimidos, merezcamos también en la alegría sempiterna el júbilo de la exultación con acción de gracias cantar a una. A él la gloria con el eterno Padre y el Espíritu Santo por los siglos de los siglos. Amén.

SALMO 100.

"Salmo para David mismo".

Este salmo la voz contiene del profeta, las misericordias de Dios narrando.

"La misericordia y el juicio cantaré a ti, Señor". La misericordia oigan los pecadores que desesperan de su salvación, que están en penitencia. El juicio oigan los despreciadores, que dicen: "Misericordioso es el Señor: pequemos, nos perdonará".

"Salmaré y entenderé en la vía inmaculada". Para que entienda uno lo que salma, y el sentido de él contemple el salmo, para que no vague su mente fuera, y con el cuerpo por cierto parezca salmar, pero la mente esté sin fruto. "En la vía inmaculada": para que caminando en este mundo justamente actúe, y mancha no tenga.

"Cuándo vendrás a mí". En cambio cuando el intelecto reciba, y justamente actúe: entonces con confianza digo al Señor: "¿Cuándo vendrás a mí?". "Vendrás" en cambio, sobre el segundo advenimiento de él debe tomarse.

"Perambulaba en la inocencia de mi corazón: en medio de mi casa". Nada así place a Dios, como la simplicidad y la inocencia. Finalmente el Espíritu Santo en otras volátiles no se complació sino en la paloma, por la simplicidad; y en los cuadrúpedos en la oveja, por la mansedumbre.

"No proponía ante mis ojos cosa injusta". No anteponía algo al Señor, ni consentía a la iniquidad: sino todo hacia Dios estaba.

Facientes praevaricationem odivi. Sive pater meus erat, sive mater, sive frater, aut soror, sive amicus, tamen si declinasset a timore Domini: hunc odio habebam, et omnino ad eum non accedebam. Non anteponebam propinquitatem aut amicitiam pietati Domini.

Non adhaesit mihi cor pravum. Non erat in me aliquid difficile, aut perversum aliquid: sed aequitas et justitia. Declinantem a me malignum non cognoscebam. Hoc est, si erat mihi amicus aut proximus, sive episcopus aut presbyter, sive in quacumque dignitate constitutus: tamen si pervertebat vias suas, sic eum fugiebam, ut penitus ejus memoriam non facerem.

Detrahentem proximo suo, hunc persequebar. Intantum non oportet consentire detrahenti, ut etiam quantum in nobis est persequamur talem, providentes in utroque utilitatem, ut nec libenter audiamus, nec illum permittamus peccare. Tanta enim distantia est inter fornicantem, et detrahentem: ut ille qui fornicatur, se tantum occidat: ille autem qui detrahit, et se et illum qui audit demergat.

Superbo oculo, et insatiabili corde, cum hoc non edebam. Si quis erat superbus aut avarus, cum hoc penitus non edebam.

Oculi mei super fideles terrae, ut sedeant mecum. Non dixit divites, aut imperatores, aut episcopos, aut presbyteros, aut diaconos: sed fideles: cum istis sedebam. Potest hoc dicere, et episcopus sanctus vir, quoniam non ordinabam presbyterum illum qui mihi obsequebatur, aut propinquum meum, sed eum quem sciebam fidelem. Et iterum idem potest dicere: Quoniam omnes clericos meos, et laicos fideles habebam. Potest ex persona Domini dici iste versiculus: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Quoniam non ordinabam eos qui mihi propinqui erant, sed justos et fideles.

Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Intantum enim declinabam ab eo qui detrahebat proximo suo, ut nec illi crederem, nec audirem talem.

In matutino interficiebam omnes peccatores terrae, bene dixit, peccatores terrae. Peccatores enim terreni sunt. Hoc vult dicere, quod immissiones diaboli quas mihi suggerebat, ejiciebam de corde meo, et non suscipiebam. Cogitationibus enim malis ejectis, daemones occiduntur. Judaei hunc versum audientes, et sequentes litteram occidentem, et desiderantes sanguinem fundere, si quis praevaricatus fuerit de lege, interficiunt eum. Siquidem non sunt contenti occisione prophetarum: sed et ipsum Dominum crucifixerunt. Ut disperderem de civitate Domini omnes qui operantur iniquitatem.

"A los que hacen prevaricación odié". Ya fuera mi padre, ya mi madre, ya mi hermano, o mi hermana, ya mi amigo; sin embargo si se hubiera desviado del temor del Señor: a este odio tenía, y en absoluto a él no accedía. No anteponía la proximidad o la amistad a la piedad del Señor.

"No se adhirió a mí corazón depravado". No había en mí algo difícil, o algo perverso; sino equidad y justicia. "Al maligno desviándose de mí no conocía". Esto es, si era para mí amigo o prójimo, ya fuera obispo o presbítero, ya fuera en cualquier dignidad constituido: sin embargo si pervertía sus caminos, de tal modo de él huía, que íntegramente de él memoria no hacía.

"Al que detrae a su prójimo, a este perseguía". Hasta tal punto no conviene consentir al que detrae, que incluso cuanto en nosotros está persigamos a tal uno, proveyendo en entrambos la utilidad, para que ni de buena gana oigamos, ni a aquel permitamos pecar. Pues tanta distancia hay entre el que fornica, y el que detrae: que aquel que fornica, a sí mismo solamente mata; aquel en cambio que detrae, tanto a sí como a aquel que oye sumerge.

"De soberbio ojo, e insaciable corazón, con este no comía". Si alguno era soberbio o avaro, con este íntegramente no comía.

"Mis ojos sobre los fieles de la tierra, para que se sienten conmigo". No dijo los ricos, o los emperadores, o los obispos, o los presbíteros, o los diáconos; sino los fieles: con estos me sentaba. Puede esto decir también el obispo hombre santo, puesto que no ordenaba presbítero a aquel que me obsequiaba, o a mi pariente, sino a aquel que sabía fiel. Y otra vez lo mismo puede decir: Porque a todos mis clérigos, y a los laicos fieles tenía. Puede desde la persona del Señor decirse este versiculito: "Caminando en la vía inmaculada, este me ministraba". Puesto que no ordenaba a aquellos que me eran próximos, sino a los justos y fieles.

"El que habla iniquidades, no se enderezó en la presencia de mis ojos". Hasta tal punto en efecto me desviaba de aquel que detraía a su prójimo, que ni a aquel creía, ni oía a tal uno.

"En la mañana mataba a todos los pecadores de la tierra", bien dijo, "pecadores de la tierra". Pues pecadores terrenos son. Esto quiere decir, que las inmisiones del diablo que me sugería, las echaba de mi corazón, y no las recibía. Pues expulsados los pensamientos malos, los demonios son muertos. Los judíos oyendo este verso, y siguiendo la letra que mata, y deseando derramar sangre, si alguno hubiera prevaricado sobre la ley, lo matan. Puesto que no están contentos con la muerte de los profetas: sino que incluso al mismo Señor crucificaron. "Para que dispersara de la ciudad del Señor a todos los que obran la iniquidad".

Utinam et nos disperdamus de civitate Domini operantes iniquitatem. Civitas Domini est Ecclesia sanctorum, congregatio justorum. Disperdam, hoc est, arguam, increpem eum qui peccat, ut poenitentiam agat, et disperdat iniquitatem de corde suo. Non enim dixit, ut abjiciatur, sed ut salvetur.

PSALMUS CI.

Oratio pauperis cum anxiaretur, et in conspectu Domini funderet precem suam.

Et persecutus est hominem inopem et mendicum. Qui cum esset dives, propter nos pauper factus est (I Cor. VIII). Dominus inopem se dicit et mendicum, et quis in divitiis suis gloriatur? Habetis consolationem, pauperes, et Dominus vobiscum pauper est. Et compunctum corde mortificare. Quid est quod dixit, compunctum corde mortificare? Quod in Evangelio dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Et iterum quando dixit: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste (Matth. XXVI). Aliter: Hoc dolebat mihi, et contristabar pro persequentibus me: quia nolebant poenitentiam agere. Ego in cruce pendebam, et sanguine meo lavabam sordes eorum, et ipsi nolebant agere poenitentiam. Hae erant lacrymae, haec compunctio: quoniam persequentes me non potui salvare.

Libera me, quia egenus et pauper sum ego. Dominus se pauperem dixit, ut pauperes consolaretur. Cum hominibus pauper factus est, ut saltem nemo pauperem despiceret. Et cor meum conturbatum est intra me. Videte quid dicat: Et cor meum conturbatum est intra me. Ipsum est quod alibi dicit: Turbatus sum, et non sum locutus. Quod turbor, hominis est: vincere autem turbationem et iram, hoc magnae virtutis est. Propterea dicit et propheta: Irascimini, et nolite peccare (Psal. IV). Irasci hominum est: non remanere in ira, Christiani est.

Excussus sum sicut locustae. Ego quidem veneram, ut protegerem populum meum, et dixi: Jerusalem, Jerusalem, quae occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas (Matth. XXIII)! Ego veneram ut gallina ad protegendum eos: illi autem inimicissima mente susceperunt me. Ego veneram ut mater, et illi quasi homicidam suum me interfecerunt. Excussus sum. Quid est hoc? persecuti sunt me, projecerunt me. Persecuti sunt me de Nazareth. Veni in Capharnaum, persecuti sunt me. De Capharnaum ivi in Bethsaidam, et inde me persecuti sunt. Veni in Jerusalem, nolebam recedere a populo meo, et inde me persecuti sunt, et sic me habebant quasi locustas. And quid feci? Iratus sum, defendi memetipsum, maledixi eos, et dereliqui illos? Nec unum horum feci; sed quid feci? Oravi pro ipsis.

Genua mea infirmata sunt a jejunio. Habete consolationem, o monache, jejunando: siquidem et Dominus hoc fecit. Ego dico quod quando jejunat monachus, fortior fit jejunio. Et quando infirmantur genua ejus jejunio, tunc maxime roboratur. Et caro mea immutata est propter oleum. Rem videor difficilem dicere, et secundum litteram interpretor, ut aedificem audientes. Aedificat enim me littera. Bonum est jejunare: bonum est fugere delicias. Antequam veniam ad spiritualem intelligentiam, miror in littera, quod dicit oleum se manducare. Longe est a caeteris desideriis.

"Y persiguió al hombre pobre y mendigo". El cual, siendo rico, por nosotros se hizo pobre (2 Cor. 8). El Señor se dice pobre y mendigo, ¿y quién en sus riquezas se gloria? Tenéis consuelo, pobres, y el Señor con vosotros es pobre. "Y al compungido de corazón dar muerte". ¿Qué es lo que dijo, "al compungido de corazón dar muerte"? Lo que en el Evangelio dijo: "Triste está mi alma hasta la muerte". Y de nuevo cuando dijo: "Padre, si es posible, pase de mí este cáliz" (Mat. 26). De otro modo: Esto me dolía, y me entristecía por los que me perseguían: porque no querían hacer penitencia. Yo en la cruz pendía, y con mi sangre lavaba sus suciedades, y ellos mismos no querían hacer penitencia. Estas eran las lágrimas, esta la compunción: puesto que a los que me perseguían no los pude salvar.

"Líbrame, porque indigente y pobre soy yo". El Señor se dijo pobre, para que a los pobres consolara. Con los hombres se hizo pobre, para que al menos nadie despreciara a un pobre. "Y mi corazón está turbado dentro de mí". Ved qué dice: "Y mi corazón está turbado dentro de mí". Es lo mismo que en otro lugar dice: "Turbado estoy, y no hablé". Que me turbe, es de hombre: pero vencer la turbación y la ira, esto es de gran virtud. Por eso dice también el profeta: "Airaos, y no queráis pecar" (Sal. 4). Airarse es de hombres: no permanecer en la ira, es de cristianos.

"He sido sacudido como las langostas". Yo ciertamente había venido, para que protegiera a mi pueblo, y dije: "¡Jerusalén, Jerusalén, que matas a los profetas, y apedreas a los que a ti son enviados: cuántas veces quise congregar a tus hijos, como la gallina congrega a sus polluelos bajo sus alas!" (Mat. 23). Yo había venido como gallina para protegerlos: ellos, sin embargo, con mente muy enemiga me recibieron. Yo había venido como madre, y ellos como a su propio homicida me mataron. "He sido sacudido". ¿Qué es esto? me persiguieron, me arrojaron. Me persiguieron de Nazaret. Vine a Cafarnaúm, me persiguieron. De Cafarnaúm fui a Betsaida, y de allí me persiguieron. Vine a Jerusalén, no quería retirarme de mi pueblo, y de allí me persiguieron, y así me tenían como a langostas. ¿Y qué hice? ¿Me airé, me defendí a mí mismo, los maldije, y los abandoné? Ni una de estas cosas hice; sino ¿qué hice? Oré por ellos.

"Mis rodillas se han debilitado por el ayuno". Tened consuelo, oh monje, ayunando: pues también el Señor esto hizo. Yo digo que cuando ayuna el monje, más fuerte se hace por el ayuno. Y cuando se debilitan sus rodillas por el ayuno, entonces máximo se robustece. "Y mi carne ha sido mudada por el aceite". Me parece decir una cosa difícil, e interpreto según la letra, para que edifique a los oyentes. Pues me edifica la letra. Bueno es ayunar: bueno es huir de las delicias. Antes de que venga a la inteligencia espiritual, me admiro en la letra, de que dice que come aceite. Lejos está de los demás deseos.

Hoc totum dixi, quia dixit: Et caro mea immutata est propter oleum. Hoc aliter interpretatus sum. Caeterum quod dicit, hoc est: Oleum, imago claritatis est: oleum quasi esca est luminis. Ita igitur et Judaei acceperunt a me oleum, acceperunt vitam, acceperunt lumen. Ne quis existimet, quod oleum dicat pro misericordia: in Hebraeo significat, intelligibile oleum. Immutatus est, non in gaudium, sed in tristitiam: non ut pulchrior inveniatur, sed ut foedior appareat. Propterea dicit: Vidimus eum, et non habebat pulchritudinem (Isai. LV). Quare? Quia caro ipsius immutata est propter oleum. Non habebat delicias corporis, sed Dei spiritus. Et nos ergo quando jejunamus, quando facies nostrae pallidae sunt: quando foedi videmur, cognoscamus nosmetipsos tunc pulchiores apparere Christo. Tales diligit milites Christus, qui jejuniis vacent. Annona nostra et esca jejunium est. Quare? Quia in jejunio victoria est, et in victoria triumphus. Denique et Apostolus: Non in saturitate, sed in infirmitate gloriatur (I Cor. IV). Quando enim infirmor, tunc fortior sum (II Cor. XII).

Et ego factus sum opprobrium illis. Vocabant enim me Samaritanum, et dicebant: In Beelzebub principe daemoniorum ejicit daemonia (Joan. VIII). Nonne hic est filius Joseph fabri? Nonne fratres ejus et sorores omnes apud nos sunt (Luc. XI)? Et iterum: Qui solvis templum, et in tribus diebus aedificas illud (Marc. XV). Et iterum: Videamus si venit Elias salvare eum. Ille vocabat: Eli, Eli: quod est, Deus meus, Deus meus (Matth. XXVII), et illi Eliam putabant. Videte ineruditos Judaeos. Filius Dei Eliae auxilium petebat? Viderunt me, et moverunt capita sua. Quare moverunt capita sua? Quia et pedes jam moverant.

Salvum me fac propter misericordiam tuam. Dicit et in Evangelio: Potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum resumendi eam (Joan. X). Et iterum: Nemo tollit eam a me. Et quomodo misericordiam petit? Ipse misericordiam petit, et ipse tribuit. Ipse ut homo rogat, et ut Deus tribuit.

Et sciant quia manus tua haec, et tu, Domine, fecisti eam. Quid est quod dicit: Et sciant quia manus tua haec, et tu, Domine, fecisti eam? Intelligant Judaei quoniam ipsi non praevaluerunt in me: sed mea et tua voluntas facta est ut patiar, et ego volui pati: propterea dico secundum quod homo sum: Deus meus, ut facerem voluntatem tuam, volui: et tua voluntas erat et mea ut patiar, non illorum. Ergo non insidiae et fortitudo fecit: sed ego et tu voluimus ut patiar. Tu enim percussisti pastorem tuum, et oves dispersae sunt. Hoc scriptum est in Zacharia: Percutiam pastorem, et dispergentur oves (Zach. XIII). Quod ut patiar, mea voluntas fuit et tua. Quod tu voluisti, et ego volui. Oportebat venire scandalum, sed vae per quem venit (Matth. XVIII).

Todo esto dije, porque dijo: "Y mi carne ha sido mudada por el aceite". Esto de otro modo lo he interpretado. Por lo demás lo que dice, es esto: El aceite, es imagen de la claridad: el aceite es como alimento de la luz. Así por tanto también los judíos recibieron de mí aceite, recibieron vida, recibieron luz. Que nadie estime, que dice aceite por misericordia: en el hebreo significa, aceite inteligible. Ha sido mudado, no en el gozo, sino en la tristeza: no para que más bello sea hallado, sino para que más feo aparezca. Por eso dice: "Lo vimos, y no tenía belleza" (Isa. 53). ¿Por qué? Porque su carne ha sido mudada por el aceite. No tenía delicias del cuerpo, sino del espíritu de Dios. Y nosotros por tanto cuando ayunamos, cuando nuestras faces están pálidas: cuando feos parecemos, conozcamos que nosotros mismos entonces más bellos aparecemos ante Cristo. Tales soldados ama Cristo, que se entreguen a los ayunos. Nuestra provisión y alimento es el ayuno. ¿Por qué? Porque en el ayuno está la victoria, y en la victoria el triunfo. Por último también el Apóstol: "No en la hartura, sino en la debilidad se gloria" (1 Cor. 4). "Pues cuando soy débil, entonces soy más fuerte" (2 Cor. 12).

"Y yo he sido hecho oprobio para ellos". Pues me llamaban samaritano, y decían: "En Belcebú príncipe de los demonios expulsa los demonios" (Juan 8). ¿No es este el hijo de José el carpintero? ¿No están sus hermanos y hermanas todos entre nosotros? (Luc. 11). Y de nuevo: "Tú que destruyes el templo, y en tres días lo edificas" (Marc. 15). Y de nuevo: "Veamos si viene Elías a salvarlo". Él llamaba: "Eli, Eli": que es, "Dios mío, Dios mío" (Mat. 27), y ellos pensaban que era Elías. Ved a los indoctos judíos. ¿El Hijo de Dios de Elías auxilio pedía? "Me vieron, y movieron sus cabezas". ¿Por qué movieron sus cabezas? Porque también los pies ya habían movido.

"Hazme salvo por tu misericordia". Dice también en el Evangelio: "Potestad tengo de poner mi alma, y de nuevo de reasumirla" (Juan 10). Y de nuevo: "Nadie la quita de mí". ¿Y cómo pide misericordia? Él mismo pide misericordia, y él mismo la otorga. Él como hombre ruega, y como Dios otorga.

"Y sepan que esta es tu mano, y tú, Señor, la hiciste". ¿Qué es lo que dice: "Y sepan que esta es tu mano, y tú, Señor, la hiciste"? Entiendan los judíos que ellos no prevalecieron contra mí: sino que mi voluntad y la tuya se hizo para que yo padezca, y yo quise padecer: por eso digo según lo que soy como hombre: Dios mío, para hacer tu voluntad, quise: y tu voluntad era y la mía que yo padezca, no la de ellos. Por tanto no las insidias y la fortaleza lo hizo: sino yo y tú quisimos que yo padezca. Pues tú heriste a tu pastor, y las ovejas fueron dispersadas. Esto está escrito en Zacarías: "Heriré al pastor, y se dispersarán las ovejas" (Zac. 13). Que yo padezca, mi voluntad fue y la tuya. Lo que tú quisiste, y yo quise. Convenía que viniera el escándalo, pero ¡ay de aquel por quien viene! (Mat. 18).

Maledicent illi, et tu benedices. Usque hodie hoc fit: Illi maledicunt in synagoga, et Dominus benedicit in Ecclesia: Qui insurgunt in me, confundantur: servus autem tuus laetabitur. Illi insurgunt in me: ego autem servus tuus laetabor. Quare autem servus tuus? Quoniam qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: sed exinanivit semetipsum, formam servi accipiens (Philipp. II).

Induantur qui detrahunt mihi pudore. Valde nobis prodest intelligere quod dicimus: Clementia Dei in hoc apparet, in dicendo, induantur. Non dicit, pereant: non dicit, deleantur in aeternum. Sed quid dicit? Confundantur, hoc est, intelligant errorem suum, et confundantur, et deficiat in poenitentia. Qui induitur pudore, prope est saluti: si quis enim vere confunditur, incipit poenitere. Considerate, o monachi, si aliquando habueritis aliquid contra fratrem vestrum, semper pro ipso rogare debetis Dominum. Dominus crucifigitur, et pro crucifigentibus rogat. Vos autem, si audieritis verbum malum, ne teneatis iram? Sol non occidat super iracundiam vestram (Ephes. V). Et operiantur sicut diploide confusione sua. Diplois genus est pallii. Denique et in Hebraico MAIL () dicitur. Diplois ideo, quia duplex est pallium. Propterea ego dico tibi: Domine, inimici mei sunt Judaei: persecuti sunt me, crucifixerunt me, fecerunt mihi omnia mala, blasphemaverunt me. Indulge illis: quoniam ego qui passus sum, rogo pro ipsis. Et quid rogo? Erubescant et confundantur, et sic salventur. Nudaverunt me tunica mea, et suam perdiderunt. Da illis confusionem, da illis ignominiam, et habeant duplex pallium, hoc est, ne simplicem habeant confusionem, sed duplicem, ut magis agant poenitentiam. Non dicit contra Judaeos, sed pro ipsis dicit. Creator enim est, et illorum, et noster, non enim eos omnino eradicavit. Vultis scire? Petrus ex ipsis erat, et omnes apostoli ex ipsis erant. Nos in radicem ipsorum inserti sumus. Nos rami sumus, illi radix, Non debemus maledicere radicibus, sed debemus orare pro radicibus nostris. Qui inserti sumus in radicem, deprecemur Dominum, ut sicut hi rami salvi facti sunt, sic et radix salvetur. Forte aliquis dicat: Tu pro Judaeis oras blasphemis? Oro Dominum pro ipsis. Si enim ipse persecutorum suorum miseretur, quanto magis mei miseretur?

Confitebor Domino nimis in ore meo. Hoc post resurrectionem dicitur, et de futura Ecclesia cantatur. Et in medio multorum laudabo eum. Non enim in Judea solum, sed in universo orbe, in Ecclesia laudabo te.

"Maldecirán ellos, y tú bendecirás". Hasta hoy esto sucede: Ellos maldicen en la sinagoga, y el Señor bendice en la Iglesia: "Los que se levantan contra mí, sean confundidos: mas tu siervo se alegrará". Ellos se levantan contra mí: yo, sin embargo, tu siervo me alegraré. ¿Por qué sin embargo tu siervo? Puesto que quien, estando en la forma de Dios, no juzgó como rapiña ser él igual a Dios: sino que se anonadó a sí mismo, tomando la forma de siervo (Filip. 2).

"Revístanse de vergüenza los que me detraen". Mucho nos aprovecha entender lo que decimos: La clemencia de Dios en esto aparece, al decir, "revístanse". No dice, perezcan: no dice, sean borrados para siempre. Sino ¿qué dice? Sean confundidos, esto es, entiendan su error, y sean confundidos, y desfallezcan en la penitencia. Quien se reviste de vergüenza, cerca está de la salud: pues si alguno verdaderamente se confunde, empieza a arrepentirse. Considerad, oh monjes, si alguna vez tuviereis algo contra vuestro hermano, siempre por él debéis rogar al Señor. El Señor es crucificado, y por los que lo crucifican ruega. Vosotros, sin embargo, si oyereis una palabra mala, ¿no contendréis la ira? No se ponga el sol sobre vuestra ira (Ef. 4). "Y cúbranse como con un manto doble con su confusión". *Diplois* es un género de palio. Por último también en el hebreo se dice *MAIL*. *Diplois* por eso, porque es un palio doble. Por eso te digo: Señor, mis enemigos son los judíos: me persiguieron, me crucificaron, me hicieron todos los males, me blasfemaron. Indúltales: puesto que yo que padecí, ruego por ellos. ¿Y qué ruego? Que se avergüencen y se confundan, y así se salven. Me desnudaron de mi túnica, y la suya perdieron. Dales la confusión, dales la ignominia, y tengan un palio doble, esto es, no tengan una simple confusión, sino doble, para que más hagan penitencia. No dice contra los judíos, sino por ellos dice. Pues es el Creador, tanto de ellos como de nosotros, pues no los erradicó del todo. ¿Queréis saber? Pedro de ellos era, y todos los apóstoles de ellos eran. Nosotros en la raíz de ellos hemos sido insertados. Nosotros somos ramas, ellos la raíz. No debemos maldecir a las raíces, sino que debemos orar por nuestras raíces. Los que hemos sido insertados en la raíz, deprequemos al Señor, para que así como estas ramas han sido hechas salvas, así también la raíz se salve. Tal vez alguno diga: ¿Tú por los judíos blasfemos oras? Oro al Señor por ellos. Pues si él mismo de sus perseguidores se apiada, ¿cuánto más de mí se apiada?

"Confesaré al Señor sobremanera con mi boca". Esto después de la resurrección se dice, y de la futura Iglesia se canta. "Y en medio de muchos lo alabaré". Pues no solo en Judea, sino en el universo orbe, en la Iglesia te alabaré.

Quia astitit a dextris pauperis. Diabolus ad dexteram Judae stetit. Caeterum mihi Dominus stetit ad dexteram. Ut salvam faceret a persequentibus animam meam (Matth. XXVI). Animam, inquit, salvabit. Et alibi dicit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Qui tristis est, sensum habuit. Insensibilis enim anima sensum non habet. Insensibilis anima non habet sensum, neque dolorem. Ubi enim dolor est et tristitia, ibi sensus est. Si ergo habuit tristitiam, si habuit dolorem, ergo habuit et sensum doloris. Si ergo voluerint nobis dicere: Propterea non dicimus eum habuisse sensum, ut non videatur habere peccatum. Nos illis respondeamus: Habuit corpus sicut et nos, aut non habuit? Si dixerint, Habuit: respondeamus illis: Ergo habuit et passiones corporis nostri. Intelligat unusquisque quod dico. Si autem negaverint eum habuisse passiones corporis, ergo dicimus illis, quod nec corpus habuit. Et nos dicamus illis: Sicut corpus habuit verum, sicut et nos, et non habuit peccatum corporis, ita et animam veram habuit, et peccata animae non habuit. Nos ergo confiteamur verum corpus eum habuisse, et veram animam. Si enim non suscepit Dominus cuncta quae hominis sunt, non salvavit hominem. Si autem suscepit corpus, animam autem non suscepit, ergo corpus salvavit, animam autem non salvavit. Nos autem volumus magis salvari animam nostram quam corpus. Suscepit ergo Jesus, et corpus, et animam, ut utrumque salvet, ut perfectum hominem salvet, sicut et eum condidit. Si ergo dicunt illi: quia ideo Dominus non accepit sensum, ut non peccaret: et hoc putant, quod quicumque sensum habuerit humanum, vincere enim non potest. Dicant nobis: Joannes Baptista habuit sensum, an non habuit? Illo tempore quo erat in deserto, peccavit? Utique dicunt, quia non peccavit. Denique et Dominus noster dicit: Amen dico vobis, non fuit inter natos mulierum major Joanne Baptista (Matth. XI). Petrus habuit sensum, an non habuit, et caeteri sancti apostoli? Si ergo apostoli vicerunt sensum humanum: Dominus timuit accipere sensum, ne vinceretur ab illo? Et dum volunt glorificare Dominum; detrahunt illi. Quodo illi detrahunt? Ut videatur timere Dominus, quod apostoli non timuerunt. Nos ergo gratias agamus omnipotenti Deo, et dicamus: In sensu tuo non habuisti peccatum. Et venit princeps hujus mundi, et invenit in te nihil (Joan. XIV). Ita ergo praestes nobis, sicut in tuo sensu vicisti diabolum, et in sensu nostro vince diabolum, ut quemadmodum perfectos nos creasti, perfectos et salves nos. Tu enim es Creator, tu es Magister, tu es Dominus, tu es et qui pro nobis passus es: qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

PSALMUS CIX.

Psalmus ipsi David.

"Porque asistió a la diestra del pobre". El diablo a la diestra de Judas estuvo. Por lo demás, a mí el Señor me estuvo a la diestra. "Para que hiciera salva de los que persiguen mi alma" (Mat. 26). El alma, dice, salvará. Y en otro lugar dice: "Triste está mi alma hasta la muerte". El que está triste, tuvo sentido. Pues un alma insensible no tiene sentido. Un alma insensible no tiene sentido, ni dolor. Pues donde hay dolor y tristeza, allí hay sentido. Si por tanto tuvo tristeza, si tuvo dolor, por tanto tuvo también el sentido del dolor. Si por tanto quisieren decirnos: Por esto no decimos que él haya tenido sentido, para que no parezca tener pecado. Respondámosles nosotros: ¿Tuvo cuerpo como también nosotros, o no tuvo? Si dijeren, Tuvo: respondámosles: Por tanto tuvo también las pasiones de nuestro cuerpo. Entienda cada cual lo que digo. Si sin embargo negaren que él tuvo las pasiones del cuerpo, por tanto les decimos, que ni cuerpo tuvo. Y digámosles nosotros: Así como tuvo cuerpo verdadero, como también nosotros, y no tuvo pecado del cuerpo, así también alma verdadera tuvo, y pecados del alma no tuvo. Nosotros por tanto confesemos que él tuvo cuerpo verdadero, y alma verdadera. Pues si no asumió el Señor todas las cosas que son del hombre, no salvó al hombre. Si sin embargo asumió el cuerpo, pero no asumió el alma, por tanto salvó el cuerpo, pero no salvó el alma. Nosotros sin embargo queremos más que sea salva nuestra alma que el cuerpo. Asumió por tanto Jesús, y el cuerpo, y el alma, para que a ambos salve, para que al hombre perfecto salve, así como también lo creó. Si por tanto dicen ellos: que por eso el Señor no recibió sentido, para que no pecara: y esto piensan, que cualquiera que tuviere sentido humano, no puede vencer. Dígannos: ¿Juan el Bautista tuvo sentido, o no tuvo? ¿En aquel tiempo en que estaba en el desierto, pecó? Ciertamente dicen, que no pecó. Por último también nuestro Señor dice: "En verdad os digo, no hubo entre los nacidos de mujeres mayor que Juan el Bautista" (Mat. 11). ¿Pedro tuvo sentido, o no tuvo, y los demás santos apóstoles? Si por tanto los apóstoles vencieron el sentido humano: ¿temió el Señor recibir el sentido, para no ser vencido por él? Y mientras quieren glorificar al Señor; lo detraen. ¿Cómo lo detraen? Para que el Señor parezca temer lo que los apóstoles no temieron. Nosotros por tanto demos gracias a Dios omnipotente, y digamos: En tu sentido no tuviste pecado. "Y vino el príncipe de este mundo, y no encontró en ti nada" (Juan 14). Así por tanto concédenos, como en tu sentido venciste al diablo, así también en nuestro sentido vence al diablo, para que así como perfectos nos creaste, así también perfectos nos salves. Pues tú eres el Creador, tú eres el Maestro, tú eres el Señor, tú eres también el que por nosotros padeciste: que vives y reinas por los siglos de los siglos. Amén.

SALMO 109.

Salmo del mismo David.

Iste psalmus vocem vatis continet de Christo loquentis. Ait ergo propheta: Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis.

David est qui loquitur, propheta, vir sanctus, rex. Rex ergo quid dicit? Rex et propheta quid dicit? Dixit Dominus Domino meo. Istum locum Salvator in Evangelio exposuit, dicens: Si Christus est, inquit, filius David: quomodo in spiritu vocat eum Dominum (Matth. XXII)? Vides ergo quid dicat: Si filius est David, quomodo vos dicitis: Quomodo in spiritu vocat eum Dominum? Dicat aliquis; Ergo non est filius David? Hoc dicebat de Pharisaeis, qui simplicem filium David confitebantur Christum. Ego ad Judaeum et Photinum hoc ipsum dico: Si filius est David, quomodo vocat filium suum Dominum? Qui autem Dominum Deum confitetur, et Dei Filium (verbi gratia Manichaeus, qui negat illum filium David), apud illum probo quod filius David est. Nobis ergo qui Filius Dei est, ipse est et filius David. Non alius Filius Dei, et alius filius David. Non facio duas personas in Deo et homine, sed ipse qui Filius Dei, ipse est et filius David. Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis. In Hebraeo primum nomen (), Domini, his litteris scribitur: quibus de Deo tantum scribitur. Secundum vero nomen Domini () his litteris scribitur, quibus solent homines Dominum vocare: quomodo et a quibusdam vocatur Dominus a servo, et reges vocantur Domini. Vide ergo quid dicat: Dixit Dominus Domino meo. Huic Domino, cui praecipitur ut sedeat, Deus non sedet, assumptio corporis sedet. Huic ergo praecipitur ut sedeat qui homo est, qui assumptus est. Hoc adversus Arianos dicimus, et adversus eos qui dicunt: Major est pater qui jubet ut sedeat, quam ille cui jubetur. Omnia Evangelia personant de persona hominis, et nunc non necesse est approbatio: quia omnia quaecumque vilia videntur, referuntur ad hominem, referuntur ad carnem. Nunc de Psalmo dicamus:

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion. Virgam in Hebraeo non tam habet, quam sceptrum, hoc est, insigne regiae potestatis. Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion. Ex Sion enim egreditur lex, et verbum Domini ex Jerusalem (Isai. XXIII). Dominare in medio inimicorum tuorum. Non dixit: Interfice inimicos tuos: sed quid? Dominare in medio inimicorum tuorum. Inimicis tuis fac, ut qui alieni fuerant, tui esse incipiant. Dominare in medio inimicorum tuorum: inimici tui, de quibus scriptum est in sexagesimo septimo psalmo: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Isti sunt inimici, qui in aliena erant potestate. Nunc ergo hoc precatur Psalmista: Inimicis tuis dominare, dignare esse Dominus inimicorum tuorum.

Este salmo contiene la voz del vate que habla de Cristo. Dice por tanto el profeta: "Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi diestra".

David es el que habla, profeta, varón santo, rey. ¿El Rey por tanto ¿qué dice? ¿El Rey y profeta qué dice? "Dijo el Señor a mi Señor". Este lugar el Salvador en el Evangelio lo expuso, diciendo: "Si Cristo es", dijo, "hijo de David: ¿cómo en el espíritu lo llama Señor?" (Mat. 22). Ves por tanto qué dice: Si hijo es de David, ¿cómo decís vosotros: ¿Cómo en el espíritu lo llama Señor? Diga alguno; ¿Por tanto no es hijo de David? Esto decía de los fariseos, que como simple hijo de David confesaban a Cristo. Yo al judío y a Fotino esto mismo les digo: Si hijo es de David, ¿cómo llama a su hijo Señor? Quien sin embargo al Señor Dios confiesa, y al Hijo de Dios (por ejemplo el maniqueo, que niega que aquel sea hijo de David), ante aquel pruebo que hijo de David es. Para nosotros por tanto el que es Hijo de Dios, él mismo es también hijo de David. No uno el Hijo de Dios, y otro el hijo de David. No hago dos personas en Dios y el hombre, sino él mismo que es Hijo de Dios, él mismo es también hijo de David. "Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi diestra". En el hebreo el primer nombre, del Señor, con estas letras se escribe: con las cuales de Dios solo se escribe. El segundo nombre sin embargo del Señor con estas letras se escribe, con las cuales suelen los hombres llamar Señor: como también por algunos es llamado Señor por el siervo, y los reyes son llamados Señores. Ved por tanto qué dice: "Dijo el Señor a mi Señor". A este Señor, al cual se le manda que se siente, Dios no se sienta, la asunción del cuerpo se sienta. A este por tanto se le manda que se siente el que es hombre, el que fue asumido. Esto contra los arrianos decimos, y contra los que dicen: Mayor es el padre que manda que se siente, que aquel a quien se le manda. Todos los Evangelios resuenan sobre la persona del hombre, y ahora no es necesaria la aprobación: porque todas las cosas que humildes parecen, se refieren al hombre, se refieren a la carne. Ahora del Salmo hablemos:

"La vara de tu virtud enviará el Señor desde Sión". Vara en el hebreo no tanto tiene, cuanto cetro, esto es, insignia de la potestad regia. "La vara de tu virtud enviará el Señor desde Sión". Pues de Sión sale la ley, y la palabra del Señor de Jerusalén (Isa. 2). "Domina en medio de tus enemigos". No dijo: Mata a tus enemigos: sino ¿qué? "Domina en medio de tus enemigos". Haz con tus enemigos, que los que extraños habían sido, tuyos empiecen a ser. "Domina en medio de tus enemigos": tus enemigos, de los cuales está escrito en el salmo sesenta y siete: "La lengua de tus perros de los enemigos por él". Estos son los enemigos, que en ajena potestad estaban. Ahora por tanto esto ruega el Salmista: En tus enemigos domina, dígnate ser el Señor de tus enemigos.

Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum. Versiculus obscurus. Videamus diem virtutis Domini: ut cum scierimus diem, tunc sciamus quod sit principium, et hoc principium quomodo cum eo sit, et cum eo fuerit: quomodo hoc ipsum principium in die virtutis ejus, in splendoribus sanctorum est. Hoc ergo principium quod est cum Domino in die virtutis ejus, ideo est cum Domino, ut splendeant sancti. Tecum principium in die virtutis tuae. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. I). Hoc erat in principio apud Deum. Pater principium, sed et Filius principium. Principium enim non habet principium. Si enim habuerit aliud principium, jam ipsum desinit esse principium. Quidquid ergo dederimus Patri, hoc damus et Filio. Si enim Pater in Filio, et Filius in Patre, et omnia Patris, Filii sunt, et omnia Filii, Patris sunt, et principium Patris, principium Filii est. Ergo quod dicit, hoc est, eo tempore quo patiebaris et dicebas: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum (Luc. XXIII): quasi de hominis loquebaris affectu, non quasi imbecillis rogabas. Tecum enim erat principium, tecum enim erat divinitas, sed propterea deprecabaris auxilium, ut, accepto auxilio, dares sanctis tuis, et illi splenderent. Hoc quod dicitur: Accipiens dares, nulli scandalum faciat: secundum hominem loquitur. Si enim hominis corpus assumpsit, necesse est ut et hominis verba suscipiat. Homo est Christus, et vere homo est: secundum assumptionem carnis dicimus. Si ergo homo est secundum corpus, vides corpus, et non scandalizaris, et miraris, si hominis verbis loquur? Si autem te scandalizat vilitas corporis, et crux, et injuriae, et alapae, et flagella, et omnis injuria crucis: si te hoc scandalizat, revertere ad principium, et non scandalizaberis.

Dicit enim Pater ad Filium: Ex utero ante Luciferum genui te. Miraris si Dominus noster atque Salvator, qui vere hominem assumpsit, loquitur secundum hominem: cum ipse Deus Pater, qui non assumpsit hominem, loquitur quasi homo: Ex utero ante Luciferum genui te. Non habeo uterum: sed non possum me aliter indicare Patrem, nisi hominis verbis locutus fuero. Ex utero ante Luciferum genui te. Ex utero, de mea substantia. Ex utero. Audi, Eunomi: audi, Arri. Si creatura est Dominus, si factura: numquid artifex generat opus suum? Numquid artifex filium vocat opus suum?

"Contigo el principio en el día de tu virtud, en los esplendores de los santos". Versículo oscuro. Veamos el día de la virtud del Señor: para que cuando sepamos el día, entonces sepamos qué es el principio, y este principio cómo está con él, y con él haya estado: cómo este mismo principio en el día de su virtud, está en los esplendores de los santos. Este principio por tanto que está con el Señor en el día de su virtud, por eso está con el Señor, para que resplandezcan los santos. "Contigo el principio en el día de tu virtud". "En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y Dios era el Verbo" (Juan 1). Esto estaba en el principio junto a Dios. El Padre es principio, pero también el Hijo es principio. Pues el principio no tiene principio. Pues si tuviere otro principio, ya él mismo deja de ser principio. Cualquier cosa por tanto que demos al Padre, esto damos también al Hijo. Pues si el Padre está en el Hijo, y el Hijo en el Padre, y todas las cosas del Padre, son del Hijo, y todas las cosas del Hijo, son del Padre, y el principio del Padre, es el principio del Hijo. Por tanto lo que dice, es esto, en aquel tiempo en que padecías y decías: "Padre, en tus manos encomiendo mi espíritu" (Luc. 23): como de afecto de hombre hablabas, no como débil rogabas. Pues contigo estaba el principio, contigo estaba la divinidad, pero por eso deprecabas auxilio, para que, recibido el auxilio, dieras a tus santos, y ellos resplandecieran. Esto que se dice: "Recibiendo dieras", a nadie cause escándalo: según el hombre habla. Pues si el cuerpo de hombre asumió, necesario es que también las palabras de hombre reciba. Hombre es Cristo, y verdaderamente hombre es: según la asunción de la carne decimos. Si por tanto hombre es según el cuerpo, ¿ves el cuerpo, y no te escandalizas, y te admiras, si con palabras de hombre habla? Si sin embargo te escandaliza la humildad del cuerpo, y la cruz, y las injurias, y las bofetadas, y los azotes, y toda injuria de la cruz: si te esto escandaliza, vuelve al principio, y no te escandalizarás.

Dice pues el Padre al Hijo: "Del útero antes del Lucero te engendré". ¿Te admiras si nuestro Señor y Salvador, que verdaderamente asumió al hombre, habla según el hombre: cuando el mismo Dios Padre, que no asumió al hombre, habla como hombre: "Del útero antes del Lucero te engendré"? No tengo útero: pero no puedo de otro modo indicarme como Padre, si no hubiere hablado con palabras de hombre. "Del útero antes del Lucero te engendré". Del útero, de mi sustancia. "Del útero". Oye, Eunomio: oye, Arrio. Si criatura es el Señor, si hechura: ¿acaso el artífice engendra su obra? ¿Acaso el artífice llama hijo a su obra?

Artifex carpentarius fecit scamnum: numquid de utero illius generavit? numquid dicit ei: De utero meo genui te, o scamnum? Non utique hoc dicit. Sed quid dicit? Ego te feci manu mea. Quando autem uterus dicitur, filius significatur, et filius non adoptatus. Vocantur enim et filii adoptati. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri (Joan. I). Ibi dedit eis potestatem. Hic vero de utero generavit: de sua natura, de suis visceribus, de sua substantia. Ex utero, hoc est, de medullis divinitatis suae. Totum quidquid Pater est in divinitate, dedit Filio quem generavit. Ex utero ante Luciferum genui te. Ante Luciferum. Hoc schema, Graece dicitur Î¤Ï... Î½Îµá½¹Î´Î¿Ï‡á½´, quod dicunt grammatici a parte totum. Quando ergo dicitur, ante Luciferum, unam creaturam nominat, et omnes indicat creaturas. Quando dicit, ante Luciferum: nos sic intelligamus, quasi dixerit, ante lunam, ante solem, ante omnem creaturam. Ex utero ante Luciferum genui te. Ante Luciferum. Ante istum Luciferum qui videtur in mundo, vera lux genita est. Unde dicit in alio loco psalmus: In lumine tuo videbimus lumen (Psal. XXXV). Sermo est ad Patrem: O Pater in lumine Filii, videbimus lumen Spiritum sanctum. Ex utero ante Luciferum genui te.

Juravit Dominus et non poenitebit eum. Juravit Dominus. Hoc quod dicit, juravit: non ei qui ante Luciferum genitus est: sed ei juravit, qui post Luciferum natus ex virgine est. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Superfluum est nos de isto versiculo velle interpretari, cum sanctus Apostolus ad Hebraeos plenissime disputavit. Ipse enim ait: Iste est Melchisedec, sine patre, sine matre, sine generatione (Hebr. VII). Et interpretatur ibi diligentissime, quare sine patre, sine matre, sine generatione. Et ab omnibus ecclesiasticis dictum est, quoniam sine patre dicitur secundum carnem: sine matre dicitur secundum Deum. Hoc solum ergo interpretemur: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Hoc solum dicamus, quare dixerit secundum ordinem. Secundum ordinem: nequaquam sacerdos eris secundum victimas Judaicas; sed eris sacerdos secundum ordinem Melchisedec (Gen. XIV). Quomodo enim Melchisedec, rex Salem, obtulit panem et vinum: sic et tu offeres corpus tuum et sanguinem, verum panem, et verum vinum. Iste Melchisedec ista mysteria quae habemus, dedit nobis. Ipse est qui dixit: Qui manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum (Joan. VI). Secundum ordinem Melchisedec, tradidit nobis sacramentum suum.

El artífice carpintero hizo un taburete: ¿acaso de su útero lo engendró? ¿acaso le dice: De mi útero te engendré, oh taburete? No ciertamente esto dice. Sino ¿qué dice? Yo te hice con mi mano. Cuando sin embargo se dice útero, el hijo se significa, e hijo no adoptado. Pues se llaman también hijos adoptados. "A cuantos lo recibieron, les dio potestad de ser hechos hijos de Dios" (Juan 1). Allí les dio potestad. Aquí verdaderamente del útero engendró: de su naturaleza, de sus vísceras, de su sustancia. "Del útero", esto es, de las médulas de su divinidad. Todo cuanto el Padre es en la divinidad, se lo dio al Hijo a quien engendró. "Del útero antes del Lucero te engendré". "Antes del Lucero". Este esquema, en griego se dice *sinécdoque*, que dicen los gramáticos el todo por la parte. Cuando por tanto se dice, "antes del Lucero", una criatura nombra, e indica todas las criaturas. Cuando dice, "antes del Lucero": nosotros así lo entendamos, como si dijera, antes de la luna, antes del sol, antes de toda criatura. "Del útero antes del Lucero te engendré". "Antes del Lucero". Antes de este Lucero que se ve en el mundo, la verdadera luz fue engendrada. De donde dice en otro lugar el salmo: "En tu luz veremos la luz" (Sal. 35). El discurso es al Padre: Oh Padre, en la luz del Hijo, veremos la luz, el Espíritu Santo. "Del útero antes del Lucero te engendré".

"Juró el Señor y no se arrepentirá". Juró el Señor. Esto que dice, "juró": no a aquel que antes del Lucero fue engendrado: sino que le juró a aquel, que después del Lucero nació de una virgen. "Tú eres sacerdote para siempre según el orden de Melquisedec". Superfluo es que nosotros queramos interpretar sobre este versículo, cuando el santo Apóstol a los Hebreos plenísimamente disputó. Pues él mismo dice: "Este es Melquisedec, sin padre, sin madre, sin genealogía" (Heb. 7). Y se interpreta allí diligentísimamente, por qué sin padre, sin madre, sin genealogía. Y por todos los eclesiásticos ha sido dicho, que sin padre se dice según la carne: sin madre se dice según Dios. Esto solo por tanto interpretemos: "Tú eres sacerdote para siempre según el orden de Melquisedec". Esto solo digamos, por qué haya dicho "según el orden". Según el orden: de ningún modo serás sacerdote según las víctimas judaicas; sino que serás sacerdote según el orden de Melquisedec (Gén. 14). Pues como Melquisedec, rey de Salem, ofreció pan y vino: así también tú ofrecerás tu cuerpo y sangre, verdadero pan, y verdadero vino. Este Melquisedec estos misterios que tenemos, nos los dio. Él mismo es quien dijo: "Quien comiere mi carne, y bebiere mi sangre" (Juan 6). Según el orden de Melquisedec, nos entregó su sacramento.

Dominus a dextris tuis. Rem novam video. Dicitur in principio: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis: et nunc dicitur ad eum, Dominus a dextris tuis. Si ipse ad dexteram Patris sedet, quomodo rursum Pater sedet ad dexteram Filii? Quando enim dicitur: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis: manifestissime dicitur, quod ad dextram Patris sedet Filius. Quando autem dicitur: Dominus a dextris tuis, hoc dicitur, quod ad dexteram Filii sedeat Pater. Hoc totum propterea dicitur, ut aequalis sit Filius Patri. Multa sunt quae dicantur. Peccatori autem diabolus stat a dextris. Caeterum illa disputatio alia est. Quicumque peccator est, diabolus ei stat ad dexteram. Sed dicet aliquis: Quomodo et Jesu filio Josedec in Zacharia dicitur stare diabolus a dextris ejus: et diabolus stetit a dextris Salvatoris (Zach. III)? Videtis quia quaestio est. Sed eo tempore quando stabat diabolus ad dexteram Salvatoris: Jesus, inquit, habebat vestimenta sordida. Nostra peccata portabat, nostris vitiis involutus: propterea diabolus stabat a dextris ejus. Confregit in die irae suae reges. Haec omnia tradita sunt mihi. In momento, inquit, horae monstravit ei universa regna terrae. Regna mundi, diabolus monstrat. Et quid dicit? Haec omnia mihi tradita sunt. Si cadens adoraveris coram me, erunt tua omnia (Matth. IV). In die ergo belli, in die certaminis, confringet reges irae suae.

Judicabit in nationibus. Videte differentias: reges confringuntur, judicabit nationes. Implebit ruinas. Dominus noster ascendit in crucem, et multae ruinae factae sunt. Iste positus est in ruinam, et resurrectionem multorum, et in signum cui contradicetur (Luc. II). Implebit ruinas. Non credentium, qui non crediderunt exploratoribus apostolis (Num. XXI, et XXII). Et Moyses enim misit exploratores in mundum; et quia non credidit populus exploratoribus, propterea ceciderunt in deserto. Usque hodie corpora non credentium cadunt in deserto istius saeculi. Conquassabit capita in terra multorum. Implebit ruinas, non credentium: conquassabit capita, eorum qui dubii sunt: eorum qui non habent perfectam fidem. Conquassabit capita in terra multorum: non omnium. Si enim dixisset, omnium, nullus de nobis spem haberet. Multorum, dicitur, ut alii relinquantur.

De torrente in via bibit. Quis bibit de torrente, in via? Iste, cui dictum est: Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis. Iste, qui audivit: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Iste, Qui confregit in die irae suae reges: implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum. Iste quid facit aliud? De torrente in via bibit. Videamus ante viam, ut postea videamus in via torrentem. Via, saeculum istud dicitur, per quam ambulavit.

"El Señor a tu diestra". Una cosa nueva veo. Se dice al principio: "Dijo el Señor a mi Señor, Siéntate a mi diestra": y ahora se dice a él, "El Señor a tu diestra". Si él mismo a la diestra del Padre se sienta, ¿cómo de nuevo el Padre se sienta a la diestra del Hijo? Pues cuando se dice: "Dijo el Señor a mi Señor, Siéntate a mi diestra": manifiestamente se dice, que a la diestra del Padre se sienta el Hijo. Cuando sin embargo se dice: "El Señor a tu diestra", esto se dice, que a la diestra del Hijo se siente el Padre. Todo esto por eso se dice, para que sea igual el Hijo al Padre. Muchas son las cosas que se digan. Al pecador sin embargo el diablo le está a la diestra. Por lo demás aquella disputa es otra. Cualquiera que es pecador, el diablo le está a la diestra. Pero dirá alguno: ¿Cómo también a Josué hijo de Josedec en Zacarías se dice que está el diablo a su diestra: y el diablo estuvo a la diestra del Salvador (Zac. 3)? Veis que hay una cuestión. Pero en aquel tiempo cuando estaba el diablo a la diestra del Salvador: "Jesús", dice, "tenía vestiduras sucias". Nuestros pecados llevaba, en nuestros vicios envuelto: por eso el diablo estaba a su diestra. "Quebrantó en el día de su ira a los reyes". "Todas estas cosas me han sido entregadas". En un momento, dice, de una hora le mostró todos los reinos de la tierra. Los reinos del mundo, el diablo los muestra. ¿Y qué dice? "Todas estas cosas me han sido entregadas." "Si cayendo adorares ante mí, serán tuyas todas" (Mat. 4). En el día de la guerra por tanto, en el día del certamen, quebrantará a los reyes de su ira.

"Juzgará en las naciones". Ved las diferencias: los reyes son quebrantados, juzgará a las naciones. "Llenará las ruinas". Nuestro Señor subió a la cruz, y muchas ruinas fueron hechas. Este ha sido puesto para la ruina y resurrección de muchos, y para señal a la que se contradirá (Luc. 2). "Llenará las ruinas". De los que no creen, que no creyeron a los espías apóstoles (Núm. 21 y 22). Pues también Moisés envió espías al mundo; y porque no creyó el pueblo a los espías, por eso cayeron en el desierto. Hasta hoy los cuerpos de los que no creen caen en el desierto de este siglo. "Quebrantará las cabezas en la tierra de muchos". "Llenará las ruinas", de los que no creen: "quebrantará las cabezas", de aquellos que están dudosos: de aquellos que no tienen fe perfecta. "Quebrantará las cabezas en la tierra de muchos": no de todos. Pues si hubiera dicho, de todos, ninguno de nosotros tendría esperanza. "De muchos", se dice, para que otros sean dejados.

"Del torrente en el camino bebió". ¿Quién bebe del torrente, en el camino? Este, al cual se le dijo: "Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi diestra". Este, que oyó: "Tú eres sacerdote para siempre según el orden de Melquisedec". Este, "Que quebrantó en el día de su ira a los reyes: llenará las ruinas: quebrantará las cabezas en la tierra de muchos". Este ¿qué hace además? "Del torrente en el camino bebió". Veamos antes el camino, para que después veamos en el camino el torrente. El camino, este siglo se dice, por el cual caminó.

Denique scriptum est in Evangelio: Esto consentiens adversario tuo dum es in via (Matth. VI), hoc est, dum ambulas in isto saeculo, et per viam vadis ad eum, qui vera est via. Unde dicitur et in centesimo decimo octavo Psalmo: Beati immaculati in via. Beati sunt, qui in ista saeculi via immaculati sunt, et in isto mundo. Ergo sacerdos secundum ordinem Melchisedec: quoniam venit in via saeculi, et ambulavit in via nostra, bibit et ipse de torrente, qui erat in saeculo. Torrens non habet aquas naturales, non habet aquas quae semper perfluunt: sed habet aquas de tempestatibus, de pluviis, de turbine, de procellis. Torrens numquam est in montibus, sed semper in vallibus, in praecipitibus locis. Alienas aquas concipit, et parturit, et tumens vadit. De torrente in via bibit. Torrens numquam habet mundam aquam, sed semper turbidam. Hoc dicitur: quoniam saeculi istius aquae semper turbidae sunt, semper plenae tempestate. Vultis scire quomodo de torrente turbido biberit? Et ipse dicit: Tristis est anima mea usque ad mortem (Matth. XXVI). Et dicitur in Evangelio: Et coepit, inquit, contristari, et conturbari (Ibid.). Bibit ergo etiam Dominus noster de torrente istius saeculi aquas turbidas, aquas tristes, aquas quae non habent laetitiam. Tulit calicem, et implevit de torrente mundi, et quoniam turbidae erant aquae, dicit: Pater, si possibile est, transeat calix iste a me. Bibit ergo de torrente mundi istius: sed non bibit quasi in domo sua, sed in via ad alia ire festinans. Bibit de torrente in via.

Propterea bibit de torrente, quia in via erat. De torrente bibit. Si Dominus bibit de torrente mundi istius, quanto magis sancti? Vultis scire quoniam sancti de torrente bibunt. Dicit et in alio loco: Torrentem pertransivit anima nostra (Psal. CXXIII). De torrente in viabibit. Diximus de torrente, dicamus etiam et testimonium. Torrentem pertransivit anima nostra. Vultis scire et alium torrentem? Elias sanctus propheta quando persequebatur eum Jezabel: quando accepit cibum, et quadraginta diebus transiens perrexit in eremum: Erat, inquit, in deserto, et bibebat de torrente Chobar (III Reg. XIX). Verum audientes torrentes istius saeculi, nolite desperare. Frequenter hic torrens deficit. Videtur quidem tumescere: videtur habere aquas multas: sed cito deficit, si sustineas. Et Elias bibit quidem in deserto aquam, eo tempore quo erat in tristitia, quo erat in angustia (Ibid.). Dimiserat Judaeam, et perrexerat in montem Sina: persequebatur enim eum Jezabel, et propterea bibebat de torrente Chobar. Verum quia perseveravit usque in finem, propterea defecit aqua torrentis. Et dicitur ad eum a Domino, quoniam defecerat aqua torrentis: Vade, inquit, ad viduam in Sarepta Sidoniorum, etc. Ecce bibit et Elias de torrente. Sed ipse Dominus atque Salvator bibit, et calicem de torrente Cedron. Sic enim Scriptura refert, quando venerunt et comprehenderunt eum. Venerunt, inquit, et comprehenderunt eum in torrente, etc. (Joan. XVIII).

Por último está escrito en el Evangelio: "Sé concorde con tu adversario mientras estás en el camino" (Mat. 5), esto es, mientras caminas en este siglo, y por el camino vas a aquel, que es el camino verdadero. De donde se dice también en el salmo ciento dieciocho: "Bienaventurados los inmaculados en el camino". Bienaventurados son, los que en este camino del siglo son inmaculados, y en este mundo. Por tanto sacerdote según el orden de Melquisedec: puesto que vino en el camino del siglo, y caminó en nuestro camino, bebió también él del torrente, que estaba en el siglo. El torrente no tiene aguas naturales, no tiene aguas que siempre fluyan: sino que tiene aguas de las tempestades, de las lluvias, del torbellino, de las borrascas. El torrente nunca está en los montes, sino siempre en los valles, en lugares precipitados. Ajenas aguas concibe, y pare, y va hinchado. "Del torrente en el camino bebió". El torrente nunca tiene agua limpia, sino siempre turbia. Esto se dice: puesto que las aguas de este siglo siempre son turbias, siempre llenas de tempestad. ¿Queréis saber cómo del torrente turbio haya bebido? Él mismo dice: "Triste está mi alma hasta la muerte" (Mat. 26). Y se dice en el Evangelio: "Y comenzó", dice, "a entristecerse, y a conturbarse". Bebió por tanto también nuestro Señor del torrente de este siglo aguas turbias, aguas tristes, aguas que no tienen alegría. Tomó el cáliz, y lo llenó del torrente del mundo, y porque turbias eran las aguas, dice: "Padre, si es posible, pase este cáliz de mí". Bebió por tanto del torrente del mundo este: pero no bebió como en su casa, sino en el camino a otras cosas apresurándose a ir. "Del torrente en el camino bebió".

